


DE EXPUGNATIONE OLISIPONIS ANNO DOMINI MCXLVII. PORTUGALIAE MONUMENTA HISTORICA. SCRIPTORES. VOL. I FASC. III PAGINAE 391-414. BIBLIOTECA NACIONAL DE PORTUGAL. PROF. DR. DARCY CARVALHO. FEAUSP SÃO PAULO BRAZIL 2019. STUDIES IN MEDIEVAL AND MODERN LATIN. LATIN LANGUAGE IN PORTUGAL. O LATIM DE PORTUGAL. LATINITAS LUSITANA.

Contenta. Pars Prima:- Natura Et Objetivum Collectionis Portugaliae Monumenta Historicae Per Editores Alexandre Herculano et J. da S.Gomes Leal. Pars Secunda: De Expugnatione Olisiponis Anno Domini MCXLVII

PARS PRIMA

1 DE NATURA ET OBJECTIVO COLLECTIONIS PORTUGALIAE MONUMENTA HISTORICA



PORTVGALIAE

MONVMENTA

HISTORICA

A SAECVLO OCTAVO POST CHRISTVM VSQVE AD QVINTVMDECIMVM

IVSSV ACADEMIAE SCIENTIARVM OLISIPONENSIS

EDITA

SCRIPTORES

VOLVMEN I

OLISIPONE

TYPIS ACADEMICIS

MDCCCLVI

Duplicado

Source: Biblioteca Nacional de Portugal

PRAEFATIO EDITORUM

HISTORIATORUM

ALEXANDRE HERCULANO ET J. DA S. GOMES LEAL

Scientiarum historicarum hodierno permotae splendore, magnoque in hoc, vel etiam in superiori saeculo, incremento, pleraeque Europae nationes, priscas suae quaeque gentis origines perquirendi ardore, vetusta temporum monumenta pandere, et tamquam in magna horrea ingentem colligere messem anxie, maximisque impensis enituntur. In lucem itaque prodeunt chronica, narrationes, historiae, leges, publica privataque diplomata, partim antiquitus mandata typis, partim nondum edita, tum in amplissimas collectiones, tum in singularia redacta volumina. Repertaque iam hucusque ignota documenta, in tabulariis, bibliothecis, scriniisque amissa, detersis nunc

No meio do progresso dos estudos historicos neste seculo, e ainda no antecedente, a maior parte das nações da Europa tem procurado com grandes esforços e á custa de avultadas despezas colligir em vastos repositorios os monumentos das suas epochas anteriores. Chronicas, relações, memorias, legislação, diplomas publicos e privados, tanto impressos como ineditos, tem visto a luz publica, formando collecções completas ou distribuidos em corpos separados. Estão-se desenterrando diariamente do pó das bibliothecas e dos archivos monumentos desconhecidos, que vem modificar completamente muitas opiniões historicas, corrigir outras, e confirmar definitivamente outras.

tandem saeculorum pulvere et tinea, permultas historicas narrationes, scriptorumque iudicia et opiniones aut penitus immutant, aut corrigunt, verumque ubicunque confirmant. Certis denique historica critice fundamentis suffulta, recteque vetusta facta perpendens, historiam ad veram erigit scientiam, quae hominum praesens, futurumque genus, non in sterilis sapientiae gloriam, sed in frugiferam certamque ducit doctrinam, in omnis exempli salubribus antiquitatis documentis positam.

Por este meio a critica, exercida severa e imparcialmente sobre elementos seguros, póde apreciar bem o valor dos factos, tornando-se assim exequivel reduzir a historia a uma verdadeira sciencia, que habilite o presente e o futuro para tirarem vantagem das licções do passado.

Patrio igitur amore flagrans, aliorumque populorum, haec aemulantium studia, exemplo excitata Regia Scientiarum Olisiponensis Academia suam item patriam exoptavit antiquorum locupletare monumentorum editione, ad illarum editionum instar, quas Germania, Gallia, Anglia, Italiaque iam vulgavere, et nunc etiam vulgare satagunt. Academici ideo illi, in historiae et antiquitatum studiis praecipue versati, tantae, ut par erat, molis operi ex Academiae consulto strenue accincti sunt; operisque tam ingentis efforma-

Movida por amor da patria e por uma nobre emulação, a Academia Real das Sciencias de Lisboa quiz dotar o seu paiz de uma collecção analoga ás que successivamente se tem publicado e continuam a publicar em Alemanha, em França, em Inglaterra, em Italia e em outras partes. Os membros da Secção d'Historia e Antiguidades da mesma Academia foram, como era razão, encarregados especialmente dos largos trabalhos que tão vasta empreza exigia. Approvado pela Classe das Sciencias Moraes e Politicas, e de

tio, sive methodus, peragendi, statim Classi Scientiarum Moralium, Litteraturaeque ab uno ex eius sociis ad examen proposita, postquam ibi probata fuit, similiter a regio Administro, ad quem res pertinebat, laudatis Academiae conatibus, probatur, executionique mandandam decretum fuit. Haec efformatio, seu programma, non operis tantum litterariam methodum; sed etiam rationem et ordinem, quibus monumenta illa colligenda essent, indicabat: Classis tamen haec litterariam methodum, cum utilitas aut necessitas suaderet, modificandi arbitrium servabat. Programmatis, quod super monumentorum editione Academia probavit, aliquot capita referre expedit.

Litteratura, o plano da obra, que fora offerecido por um dos seus membros, foi submettido ao Governo, que lhe deu a sua sancção, louvando o pensamento da Academia. Esse plano abrangia não só o desenho litterario da empreza, mas tambem indicações sobre o modo practico de colligir os monumentos que della deviam ser objecto. Quanto, porêm, ao primeiro ponto, a Classe reservava a faculdade de modificar o seu programma, se posteriormente se julgasse necessario ou util altera-lo. Eis os artigos delle relativos á ordem da publicação:

I. Historiae et Antiquitatum Classis monumenta Portugaliae historica medii aevi, a saeculo VIII. ad XV. finem, iam in lucem edere properabit.

Art.° 1.° A Secção de Historia e Antiguidades começará sem perda de tempo a preparar a publicação dos Monumentos Historicos de Portugal durante a idade media, abrangendo o periodo decorrido desde o VIII.° seculo até o fim do XV.°

II. Collectio haec in tres magnas divisa erit Partes: — A — Monumenta res gestas narran-

Art.° 2.° Esta collecção conterá tres grandes Divisões: — A — Monumentos Narrativos —

tia: — B — Leges, Iurisqueprudentia: — C — Diplomata, Actaque publica et privata. Monumenta haec in lucem ita edenda sunt, ut quaelibet magnarum trium Divisionum, tamquam singulare membrum consistens, integrum cum caeteris, eadem methodo, et sub eodem titulo consentiens perficiet corpus; et hoc modo cuiusvis Divisionis sive volumen, sive fasciculus typis seorsum mandari poterit, dummodo quaevis Divisio, in exponendis monumentis, saeculorum ordinem, annorumque successionem in unoquoque saeculo, quantum possibile erit, servet.

B — Legislação e Jurisprudencia — C — Diplomas e Actos Publicos e Privados. A publicação será feita de modo que cada uma destas Divisões constitua um corpo sobre si, mas ligados todos por um systema e titulo commum, podendo imprimir-se um volume ou um fasciculo de cada Divisão, sem dependencia das outras. Seguir-se-ha, todavia, em cada uma dellas a ordem dos seculos a que se referir qualquer monumento, e dentro de cada seculo, quanto for possivel, a ordem chronologica.

III. Prima Divisio omnes historicas narrationes comprehendet, tam magna, quam parva chronica, necrologia, sanctorum, illustriumque virorum vitas, unius, aut plurium eventuum notitias, inscriptiones denique, quibus suae aetatis res gestae dilucidentur. Huiusmodi monumentorum ad tempora ultra saeculum XII. spectantium, quae iam evulgata fuerint, quaeque aliquot vix referant huius regionis eventus, qua Portugaliae postea porrecti

Art.° 3.° A primeira Divisão deve abranger todo o genero de narrativas historicas, quer sejam pequenos chronicons, ou chronicas mais extensas, quer sejam obituarios, biographias, agiographias, quer relações avulsas d'um ou mais successos; quer finalmente inscripções, que por algum modo esclareçam a historia do paiz naquellas epochas. Os monumentos historicos de qualquer das especies precedentes, que se referirem a tempos anteriores ao seculo XII.°, que

sunt fines, excerpta tantum typis nunc mandanda erunt; quod pari modo faciendum erit, dum de exterorum populorum chronicis, historicisque narrationibus agatur, in quibus aliquid ad nostras res spectans narretur.

já se achem publicados pela impressão, e que só parcialmente respeitarem a successos occorridos nos territorios em que veio a constituir-se a Nação Portugueza, devem publicar-se unicamente em extracto. O mesmo systema se adoptará, quanto ás chronicas e narrativas historicas estrangeiras do seculo XII.°, e dos seguintes, que contenham noticias relativas a Portugal.

IV. Secunda Divisio tribus constabit membris:

Art.° 4.° A segunda Divisão constará de tres Secções:

1. Civiles leges generales, itemque generale, sive universae civitatis, consuetudinarium ius.

1.° Leis civis geraes, e direito consuetudinario geral.

2. Locorum leges, consuetudinariumque ius, municipia instituentes chartas amplectens, sive *forales*, privilegia illis addita, consuetudines, decreta, privata denique municipalia statuta.

2.° Leis locaes, e direito consuetudinario local, abrangendo as cartas constitutivas dos municipios, ou foraes, no sentido restricto desta palavra, os actos addicionaes a elles, e os costumes e *degredos* (*decreta*) ou posturas municipaes.

3. Leges peregrinae, iurisqueperitorum sententiae, executioni in Portugalia, quasi subsidiarium ius, mandatae.

3.° Leis e jurisprudencia estrangeiras adoptadas para uso interno, como direito subsidiario.

V. Haec tertia Divisio in quatuor membra hoc subdividetur modo:

Art. 5.° A terceira Divisão subdividir-se-ha em quatro secções:

1. Publica super regni regimine acta, comitiorumque, sive magnatum populique conventuum, inquisitiones, statutaque ad commercium, reique publicae regimen spectantia; omnia praeterea documenta illa, quae hodierno nomine *statistica* appellantur.

2. Diplomata cuiusvis conventionis inter Portugaliam aliosque populos, foedera scilicet, pactiones, pontificia rescripta, bullae, pacta conventa, omnia tandem nunc *diplomatica* dicta.

3. Publica acta, regiaque diplomata, quae ad privatorum attinent negotia, sive de singulis personis, sive de personarum communitatibus agatur; de donationibus, aliisque conventionibus inter reges privatosque sibi subditos actis, iuraque data, seu ut vocant, *sententiae*, pro tribunalibus, aut a iudicibus.

4. Privata monumenta, et acta, privatorum inter se conventa, epistolae, rerumque domesticarum, et negotiorum procurandorum, memoriae, quae suae aetatis socialis vitae notitiam aliquam praebeant.

Historiae et Antiquitatum

1.ª Actos publicos pertencentes ao governo do Reino, devendo entrar nesta categoria as actas das côrtes, as inquirições, as providencias fiscaes e administrativas, e os documentos estatisticos.

2.ª Diplomas respectivos ás relações externas do paiz, abrangendo tractados, convenções, bullas e rescriptos papaes, correspondencias diplomaticas etc.

3.ª Actos publicos e diplomas regios com objecto singular, e relativos a corporações ou individuos, abrangendo doações e outros contractos entre o rei e os subditos, sentenças de tribunaes e magistrados etc.

4.ª Actos e monumentos privados, contendo contractos particulares, correspondencias epistolares, memorias puramente domesticas, registos e notas d'economia privada, que possam illustrar a historia politica e social do paiz.

Um dos membros da Secção

Classis unus ex sociis, probato hoc programmate, statim tabularia, bibliothecas, archiva, scriniaque huius regni perquirendi, omniumque monumentorum supra XIV. saeculum notitiam, cognitionemque acquirendi accepit munus: in posterum huiusce, sequentiumque saeculorum monumenta similiter prescrutari Regia Academia differens, socium illum in publico tabulario, *Torre do Tombo*, refertissimo fortasse inter Europae tabularia, opus suum persequendi occasionem adripere statuit, dum ab itineribus in provincias abstineret, tempusque iterum proficiscendi exspectaret. Indeffessa haec per duos annos perquisitio monstravit, maximum, praeterque omnium exspectationem, monumentorum per varia nostri regni loca superesse numerum: et quamvis exterorum saepe hostium, civiumque nuper nostrorum, quod miserabilius est, iterata bella, et strages experti essemus, ut non loquamur de incuria eorum, quibus haec antiquitatis monumenta custodienda tradita fuerant; varii tamen generis tam abundans numerus,

d'Historia e Archeologia foi desde logo encarregado de examinar os archivos e bibliothecas do reino e de verificar a existencia de todos os documentos e memorias anteriores ao seculo XIV.°, que ahi existissem, reservando a Academia para depois o instituir novas indagações acerca dos documentos deste e do seguinte seculo, devendo o seu commissario nos intervallos das viagens nas provincias fazer um trabalho analogo no archivo geral do reino (*Torre do Tombo*), um dos mais abundantes da Europa. Durante dous annos estes exames, conduzidos com vigor, deram em resultado saber-se, que, apesar dos estragos e perdas causadas por invasões estrangeiras, e pelas perturbações e guerras civis que tem agitado Portugal nestes ultimos tempos (sem falar no desleixo das corporações ou individuos a cuja guarda estavam confiados esses thesouros historicos), ainda existem em diversas partes do reino muitos milhares de monumentos de diversas especies nos proprios originaes, ou em copias coevas, ou finalmente em registos antigos e au-

aut autographorum, aut eiusdem aetatis apographorum, et etiam in antiquis regestis authentice descriptorum inventus est, ut supra duodecim millia dinumerentur illa tantum monumenta, quae XIV. saeculum praecedunt. Magna autem horum documentorum copia, simul et alia in publico tabulario *Torre do Tombo* iam collecta, et ordinata, non nostrae modo regionis, sed universarum Hispaniarum historiae, a saeculo IX. ad medii aevi finem, magnam rerum gestarum notitiam praebitura sunt.

thenticos, excedendo a doze mil os anteriores ao seculo XIV.°; monumentos que, com os do Archivo da Torre do Tombo, subministram importantes materias para a historia nacional, e ainda para a do resto da Hespanha desde o IX.° seculo até o fim da idade media.

Tot ergo monumentorum millibus hac velut universali recentione inventis, Classis illa academica Scientiarum Moralium, Politicarum, Litteraturaeque consilium, sive programma, operis sui, nunc tantarum divitiarum, rerumque varietate tam mirifice aucti, partim immutare necesse habuit. Divisio rerum primitiva, divisionumque partitiones maxime nunc obstabant, ne monumenta edi coepissent, quae tamen mora universae displicebat Academiae: omnia, necesse erat, nota colligere monu-

O resultado deste como recenseamento geral excedia a expectação da Classe de Sciencias Moraes, Politicas e de Litteratura, e compellia-a a fazer algumas alterações no plano da intentada obra. As multiplicadas subdivisões das materias eram um obstaculo invencivel a que se começasse a publicação com a brevidade que a Academia desejava. Seria necessario primeiro reunir todos os monumentos de cuja existencia houvesse noticia, escolher os que merecessem vêr a luz publica, e estudar attentamente cada um delles pa-

menta, quaeque publici facienda iuris seligere, horumque singula inspicere, versare, ut, secundum genus suum, unumquodque in proprium reduceretur ordinem. In nulla nihilominus magnarum divisionum quidquid in lucem prodire poterat, nisi prius inter sui ambitus fines rerum universa moles digesta esset; quamquam uniuscuiusque saeculi monumenta seorsum typis mandanda crederentur. Methodus prius statuta non parvam praebebat utilitatem, sed omnes conatus coercebat publici iam faciendi iuris aliquot monumenta, quae historicis praecipue prosunt studiis: et quidquid lucis et ordinis illa praebitura esset methodus, hoc in quocumque volumine additus rerum index, recte dispositus, ac methodicus afferre aeque poterat.

Magnarum trium divisionum limites servare statuit Academica illa Classis: — *Scriptorum* scilicet, vel *Monumentorum Historicorum*: — *Legum*, *Jurisque prudentiae*: — *Diplomatum*, *Actorumque*, sive publicorum, sive privatorum; servata tamen in unaquaque earum, quantum

ra os classificar segundo a sua natureza nas diversas Secções. Nenhuma destas, portanto, devia reputar-se prompta para a impressão, embora se fizesse independentemente e sobre si o trabalho relativo aos monumentos de cada seculo, sem que dentro desse limite se tivesse concluido a distribuição das materias. Na verdade, o methodo de classificação adoptado a principio tinha indubitaveis vantagens, mas essas vantagens eram compensadas pelo inconveniente de retardar indefinidamente o impulso que a Academia tinha a peito dar aos estudos historicos, e podiam supprir-se com a addição, no fim de cada volume, de um indice methodico redigido em harmonia com o plano primitivo.

Nestes termos a Classe de Sciencias Moraes, Politicas e de Litteratura resolveu conservar a separação das tres grandes Divisões ou corpos — de Escriptores ou Monumentos Narrativos — de Legislação e Jurisprudencia — e de Diplomas ou Actos Publicos e Privados, seguindo

possibile erit, temporum ratione. Cumque Socius ille academicus, qui per regni tabularia et archiva missus cuncta perscrutatus fuerat documenta, eorum enumerationem, catalogumque, saeculorum rationem indicans, perfecisset; facile equidem erat, ea documenta seligere, et secundum temporum indicatam seriem in lucem edere. Super Scriptorum autem distinctione Academica Classis singularem tantum divisionem instituit, duplicem monumentorum statuens seriem: prima narrationes illas amplectitur, quae ad eventus, vel ad *personas* nostrae historiae referuntur; res etsi gestae, *personae*que natae sint in hac regione ante conditum Portugaliae regnum: secunda vero excerptorum series descripta est ex scriptoribus exteris, qui aliorum populorum historias scribentes, ad nostram forte quae attinent, gesta, rerumque narrant eventus: nondum attamen Academica Classis statuit, an quaedam forsan ex his scriptis iam publici facienda sint iuris; vel eo quod edita nunquam fuerint; vel alia litteraria, historicave causa.

quanto fosse possivel em cada um delles a ordem chronologica. Como as notas tomadás pelo commissario da Academia nos diversos Archivos do reino indicavam a data dos monumentos que elle encontrára, era comparativamente facil estuda-los, escolhe-los e publica-los nessa ordem. Quanto ao corpo de escriptores, a Classe apenas estabeleceu uma distincção, subdividindo, em harmonia com ella, os respectivos monumentos em duas series separadas. E' a primeira a das narrativas, que especialmente se referem a factos ou a personagens da nossa historia, embora esses factos se hajam passado, ou essas personagens hajam nascido no territorio de Portugal em epochas anteriores á fundação do reino: é a segunda a de uma serie de extractos dos escriptores estrangeiros, que, tendo por intuito memorar successos estranhos, incidentemente relatam acontecimentos pertencentes á historia portugueza, reservando-se a Classe decidir se alguns destes escriptores devem ser publicados na integra, ou por serem ainda ineditos, ou por outra

Facilius contra in secunda divisione, vel *Monumentorum Historicorum* corpore, leges, iusque patrium antiquum amplectente, divisionum omnes partitiones servari poterunt: monumenta enim antiqua iuris, sive publici sive privati, universalis vel municipalis, quae vere monumenta medii aevi sunt, partim iam typis mandata fuere, partim in uno fere tabulario publico, *Torre do Tombo*, collecta extant; nec idcirco per provincias discurrere, tabulariaque singula ibi invisere, ut colligantur, opus est. Academica Classis, quamquam primum illud omnino programma secuta non fuerit; leges tamen illas, quae in regione hac, cum a Legionensi regno seiuncta fuit, vigebant, per partitiones, aut classes distribuere constituit; nec has tantum leges, verum etiam quae ab exordio regni sensim latae fuerunt, quaeque facillime secundum editionis ordinem distinguerentur a iure municipali publico vel privato, scripto vel consuetudinario: quodque

qualquer consideração historica ou litteraria a que seja necessario attender.

Na segunda divisão ou corpo dos *Monumentos Historicos*, destinado á legislação e direito antigo de Portugal, era menos difficultosa a conservação das subdivisões, porque os monumentos de direito publico e privado, geral ou municipal, da nossa idade media ou já se acham publicados, ou se conservam quasi exclusivamente no archivo da Torre do Tombo, não sendo por isso necessario colligi-los dos archivos provinciaes. Sem se adstringir, portanto, rigorosamente ao plano primitivo, a Classe entendeu, comtudo, que se poderia coordenar em subdivisões distinctas a legislação geral que regia o paiz na conjunctura da separação de Portugal do reino de Leão, e a que successivamente se foi promulgando desde o principio da monarchia, bem como era facil distinguir esta ultima, na ordem da publicação, do direito municipal, publico ou privado, escripto ou consuetudinario, inserindo-se onde mais conveniente parecesse, com attenção á

ad subsidiarium attinet ius, aliaque iurisprudentiae monumenta, magnae certe historicae utilitatis, ubi occasio, aut ratio suaderet, interserenda quaeque fore, Academici statuerunt.

Divisionum insuper, quas in programmate indicavimus, partitioni non parvam inferebat difficultatem tertium Collectionis corpus, quippe quod multiplicem, magnique pretii continet seriem, quam plurima scilicet monumenta, nondum vulgata, ad socialem nostrae regionis historiam scribendam praeclarissimum praebitura auxilium. Temporum equidem ordo studio certe proderat antiquarum aetatum gestarum rerum, factorumque, in quibus omnia regiminis, civilitatis, iurisque prudentiae aut incrementa, aut damna apparent: index simul ille methodicus, nuper indicatus, cuiusvis aetatis quaelibet monumenta inquirentes recte dirigebat. Obstabant autem methodo illi documentorum varia et qualitas, et copia, quae res non minus, ac temporum ordo, scriptores historicos solicitos reddere valent. Diplomatum enim antiquorum saeculo XII.

chronologia, o direito subsidiario bem como outros monumentos de jurisprudencia uteis para a nossa historia.

O terceiro corpo da Collecção constituindo a serie talvez mais importante, e de certo a mais avultada por subministrar a maior porção de monumentos ineditos e de subsidios até hoje desconhecidos para a historia social do paiz, era o que suscitava mais graves difficuldades ao systema de subdivisões que se estabelecera. A ordem puramente chronologica, pelo contrario, servia para facilitar o estudo dos factos juridicos, dos phenomenos economicos, e do estado da civilisação do paiz em cada epocha, ao passo que o indice methodico, a que já alludimos, satisfazia plenamente o intuito do leitor, que quizesse consultar tal ou tal genero de documentos. Havia, porêm, um facto a que importava attender e que modificava necessariamente o plano primitivo. Posto que ainda nos reste um grande numero de diplomas anteriores ao seculo XII.*, esse nume-

etsi non parvus nobis supersit numerus; si tamen ad illa, tum huiusce, tum sequentium saeculorum comparetur, exiguus certe habendus est.

Rerum antiquarum perquirendi causas labor et difficultas, quo temporum vetustas a nostra aetate magis per saecula recedit, eo magis, ut patet, magisque augentur. Omnia igitur monumenta priorum quatuor saeculorum illius aetatis, a qua noster hic historicus incipit labor, non satis rebus tunc gestis lucis praebent: postremis contra quatuor saeculis monumentis quae supersunt res affatim dilucidantur. Huius nihilominus aevi diplomata, numero quidem plurima, quaedam nihil historiae studio prosunt, proinde nec colligenda, vulgandave erunt.

Quibus perpensis rebus, Academici duplicem constituerunt diplomatum seriem. Primam illorum post annum 700 et ante 1100; secundam eorum sequentia complexantium saecula ad XV. Illa omnia omnino ab VIII. usque ad XI. saeculum monumenta a nobis reperta accipiet, quae ad hanc regionem

ro é mui limitado se o compararmos ao dos que se verificou existirem pertencentes a esse e aos subsequentes seculos.

Como é vulgarmente sabido, a difficuldade de resolver os problemas historicos augmenta á medida que as gerações extinctas se vão affastando de nós nos horizontes do passado. Assim, para illustrar os quatro primeiros seculos do periodo que alcançam os trabalhos da Academia, todos os monumentos respectivos a elles se podem reputar insufficientes. Não succede o mesmo em relação aos quatro ultimos. Entre o avultado numero de diplomas desse periodo ha muitos inuteis para o progresso da historia, e que por isso não devem entrar na presente collecção.

Estas considerações moveram a Classe de Sciencias Moraes, Politicas e de Litteratura a ordenar a divisão do corpo dos diplomas em duas series, uma dos documentos posteriores ao anno de 700 e anteriores ao de 1100, outra dos que pertencem aos seculos subsequentes até o fim do XV.°. Na primeira serão im-

portucalensem, vel ad eius historiam adhuc Legionensi regno sociatae, quaevis modo referantur: secunda vero reliqua, sed, ut par est, selecta. Haec praeterea series regestis, aut tabulis, exterorum illustrabuntur diplomatum, quibus nostra utcumque illucescere historia poterit.

Satis ita animadversum relinquimus, quiquid Regia Academia in primitus probata methodo super colligendis, edendisque monumentis, innovare vel mutare, ubi rei executionem suscepit, quibusque de causis statuit: quod autem in unius vel alterius monumenti collocatione a programmate illo paululum discessum videri poterit, in annotationibus, ubi opus fuerit, adiiciendis aeque monebimus.

Cum in hac collectione monumenta antiqua, tum barbaro-latino sermone, tum vulgari nostro varie scripta, comprehensuri simus; prologos, annotationesque ad eorum quodque

pressos sem excepção todos os documentos que se encontrarem do seculo VIII.º ao XI.º relativos ao territorio de Portugal e á historia desta parte da Peninsula antes de separada de Leão: na segunda os dos tempos posteriores, mas com a devida selecção. Estas duas series serão seguidas de um regesto daquelles diplomas estrangeiros, que por algum modo possam servir para illustrar a historia patria.

Taes são as alterações mais importantes, que, na occasião de realisar os seus designios pelo que respeita á publicação dos nossos monumentos historicos, a Academia Real entendeu deverem-se fazer no plano primitivo. Outras de menos monta, relativas á classificação de tal ou tal monumento serão mais opportunamente notadas nas observações que tiverem de acompanhar a publicação desse mesmo monumento.

Devendo esta obra encerrar escriptos redigidos em latim, embora mais ou menos barbaro, e outros em lingua vulgar, entendeu-se que as advertencias preliminares e notas, que de-

sua cuiusque lingua scribi placuit: si vero non ad unum, vel alterum, sed ad plura monumenta, alia alio scripta sermone, aliquid annotandum erit, maximae eorum partis sermo, ad omnia simul, adhibendus erit.

vem acompanhar esses diversos escriptos, fossem publicadas no mesmo idioma do monumento, as relativas a memorias, leis e diplomas latino-barbaros na lingua latina, e os relativos aos monumentos vulgares na lingua vulgar. Determinou-se tambem que qualquer trabalho litterario, que se houvesse de inserir na Collecção, e que dissesse respeito, não a um, mas a diversos monumentos escriptos uns em latim outros em vulgar, fosse escripto no idioma que predominasse entre elles.

Cum colligenda nobis hic sint non pauca iam edita monumenta, narrationes videlicet, leges, et diplomata; de eorum editione nostrum hoc modo consilium propositum sequemur: In monumentis edendis, quorum nec autographa, nec authentice descripta apographa antiquiora, correctioraque prae illis, ad quae editiones hae effictae fuerunt, eorum textus, integraque, ut vocant, lectio magna adeo servabitur cura, ut ne parvam quidem formulam orthographiae, quamvis ab usitata in codicibus, diplomatibusque medii aevi saepe

E' evidente que cumpria incluir neste vasto repositorio muitas memorias, leis, e diplomas já anteriormente publicados. Naquelles de que não existem originaes, ou pelo menos apographos mais antigos ou mais authenticos do que os que serviram de texto ás edições anteriores, adoptou-se como regra seguir escrupulosamente a leitura dessas edições, até na orthographia, que não raro desdiz da dos codices e diplomas da idade media. Quando, porêm, restam copias manuscriptas igualmente antigas e auctorizadas entendeu-se conve-

differat, immutare audebimus. Si quae vero apographa authentica, et antiqua MSS. adhuc extant, haec potius sequi, et varias editionum lectiones, modo ut ex manifesta negligentia, vel errore irrepserint, indicare placuit. Si MS., tam autographum, quam apographum, nobis invenire contigerit, quod editioni anteriori textum ministravit, hoc ad nostrae editionis textum potissime eligendum erit. Si forte authentica MSS. graviter ab illis, quae aeque authentica anteriori editioni suppeditaverunt textum, dissenserint; amborum simul, alium iuxta alium, textum typis mandabimus, ut legentes meliorem eligant.

niente segui-las e indicar as variantes dos textos impressos, se essas variantes não são claramente absurdas ou erroneas. Existindo o MS. ou original ou apographo, que serviu de texto á edição anterior, adoptar-se-ha exclusiva e invariavelmente o primitivo texto. Finalmente, quando os MSS. authenticos diversificarem profundamente dos outros MSS. de igual peso, que serviram á edição anterior, collocar-se-hão os dous textos em frente um do outro para o leitor poder preferir o que lhe parecer mais seguro.

In monumentis illis, quae nondum vulgata fuerint, edendis, autographum, et, si hoc defuerit, apographa correctiora describere in animo est; simulque aliud iuxta aliud, si inter se apographa haec minime conveniant, ad verbum descripta edere curabimus; quin etiam orthographiae genus, etsi saepissime turpiter barbarum, corrigere abstineamus; huius enim operis scopus est legentes, an-

Na publicação dos ineditos o systema adoptado foi seguir o original, ou, na falta deste, os melhores apographos, imprimindo-os tambem em frente uns dos outros quando as differenças entre elles fossem demasiado profundas, e reproduzindo fielmente a leitura dos MSS. sem lhes alterar sequer a orthographia, (ás vezes excessivamente barbara) não só porque o objecto de uma obra

tiquarum rerum studiosos, ad ipsa monumenta, tamquam ad historiae fontes, ducere; et praeterea haec ipsa litteraturae barbaries, vetustatis velut index, MSS. suam aliquoties aetatem assignat.

In altera tamen orthographiae parte, quae *stygmeologia* vocatur, et de signis, interpunctionibusque scripturae agit, paululum ab hac fidelitatis sollicitudine temperare necesse fuit. Academica quippe Classis Scientiarum Moralium, Politicarum, et Litteraturae, exemplum illustrissimorum scriptorum, Mabillonii nimirum, Acheryi, Baluzii, Muratorii, et Pertzii, praeter alios antiquorum monumentorum eximios collectores, imitari non dubitavit. Scriptores equidem, qui Diplomatici nunc vocantur, magnam conqueruntur scripturae confusionem, variatamque formam in codicibus, praecipueque in diplomatibus, medii aevi, saeculorum praesertim XII., et XIII. usque etiam ad XIV., quo tempore omnia fere orthographica

como a presente é facilitar do modo possivel aos estudiosos o accesso quasi immediato das fontes historicas, mas tambem porque a barbaria orthographica serve para se conjecturar, á falta de outros elementos, a data do MS.

No que a Classe de Sciencias Moraes e Politicas e de Litteratura entendeu dever affrouxar algum tanto da severidade desta doutrina foi na stygmeologia ou pontuação. E' o exemplo que lhe deixaram os mais eruditos collectores, taes como Mabillon, Achery, Baluzio, Muratori, Pertz. Os auctores diplomaticos tem ponderado a completa anarchia que a tal respeito reina nos codices e ainda mais nos diplomas da idade media, sobretudo durante os seculos XII.º e XIII.º, e ainda no XIV.º em que a pontuação chegou quasi a ser abandonada nos codices. Mas em nenhuma parte a incerteza e até a ausencia dos signaes stygmeologicos foi mais commum do que em Portugal, e por isso tanto maior perigo havia de se transtornar a interpretação legitima de qualquer passagem, sujeitando uni-

signa, incisaque omnino oblita fuere: nullibi tamen in hac re maior, quam in Portugalia, aut confusio, aut despectrix negligentia supervagata fuit: augebatur idcirco nobis omnia pariter corrigendi difficultas, et timor, ne aliquid contra veram scriptorum sententiam, verborumque interpretationem, novis adiectis interpunctionibus, immutaretur: hoc igitur placuit consilium: incisa, et stigmata orthographica tantum restituere, aut ubi eorum aliqua remanebant vestigia; aut verborum apertus sensus, sententiarumque interpretatio manifesta suadet, caetera vero omnia, in quibus nec vestigium incisorum, nec sententiarum ita manifestatur sensus, ut dubitandi occasionem omnino tollat, summa descripsimus fidelitate, legentibusque, qui optimus cuique videbitur, verborum sensum adipiscendi integrum intactumque relinquimus ius.

formemente os textos á pontuação regular. Adoptou-se um arbitrio medio, pontuando-se unicamente as palavras em que se encontram signaes stygmeologicos, ou é claro o sentido da phrase; onde, porêm, os signaes faltam e o sentido é duvidoso, conservar-se-ha a falta da pontuação, deixando á ingenuidade do leitor a adopção da intelligencia que lhe parecer mais acertada.

Haec animadvertenda super tam ingentis, tantaeque molis, operis natura, et exequendi arte; monendaque in hoc primae Divisionis volumine primo putavimus, dum magnis certe au-

Taes são as advertencias geraes que cumpria fazer sobre a indole e sobre a execução de uma empreza litteraria de tanta magnitude como é a Collecção dos Monumentos Histori-

sibus universa colligere aggressi sumus Portugaliae Monumenta Historica.

cos de Portugal, e que por isso se entendeu deverem collocar-se á frente deste primeiro volume da primeira Divisão.

Lisboa, Dezembro de 1855.

O Vice-Presidente da Academia e Presidente da Segunda Classe

A. Herculano.

O Vice-Secretario da Academia e da Segunda Classe


J. da S. Mendes Leal.



PARS SECUNDA

DE EXPUGNATIONE LYXBONENSI. DE EXPUGNATIONE OLISIPONIS AB ALFONSO I

ANNO DOMINI MCXLVII


DE EXPUGNATIONE OLISIPONIS ANNO DOMINI MCXLVII. PORTUGALIAE MONUMENTA HISTORICA. SCRIPTORES. VOL. I FASC. III PAGINAE 391-414. BIBLIOTECA NACIONAL DE PORTUGAL. PROF. DR. DARCY CARVALHO. FEAUSP SÃO PAULO BRAZIL 2019. STUDIES IN MEDIEVAL AND MODERN LATIN. LATIN LANGUAGE IN PORTUGAL. O LATIM DE PORTUGAL. LATINITAS LUSITANA.

One of the most famous works in Portuguese Medieval History and, certainly, the most well-known outside Portugal, the De Expugnatione Lyxbonensi, or Expugnatione Olisiponis, purports to furnish a contemporary eye-witness account of Portuguese King Afonso Henriques's 1147 conquest of Lisbon accomplished in combination with a passing fleet of Anglo-Norman, German and Flemish crusaders on their way by sea to Palestine and the Second Crusade.

O cerco ou expugnação de Lisboa, descrito por um cruzado, que dele participou, teve início a 1 de julho de 1147 e durou até 21 de outubro. Integrou a reconquista cristã da Península Ibérica, culminando na conquista desta cidade aos mouros, pelas forças de D. Afonso Henriques (1112 - 1185), que na ocasião contou com o auxílio dos cruzados que se dirigiam para a Terra Santa, no Médio Oriente: foi o único sucesso desta Segunda Cruzada. O documento escrito em latim medieval contemporaneamente a esses eventos existe em Cambridge. Foi escrito por um cruzado, não se sabendo exatamente quem. É reproduzido a seguir conforme o publicaram, pela primeira vez, Alexandre Herculano e Gomes Leal, com um anexo em galaico-português, narrando os mesmos fatos, no primeiro volume da Portugaliae Monumenta Historica, Monumentos Históricos de Portugal, cujos volumes estão disponíveis para download na Biblioteca Nacional de Portugal. Esta coleção não chegou a ter a extensão e felicidade da Germaniae Monumenta Historica de Mommsen, mas constitui um evento cultural imenso no cenário difícil lusitano. A primeira parte, contendo o prefácio dos editores da Portugaliae, representa o latim tal como o escreviam intelectuais portugueses no século XIX. A versão portuguesa deste prefácio não é literal nem completa, pois que o latim dos editores não é soluto. A avalanche de documentos em latim, de todas as épocas e locais, que estão já disponíveis na internet, dispensa discursos sobre a viabilidade do latim como língua acadêmica universal. O problema se reduz apenas a descobrir meios eficientes e simples de ensiná-lo, não a crianças como sempre foi o objetivo do ensino, mas a adultos, que dominem, leiam, falem, escrevam pelo menos um idioma ocidental, quer

como primeira língua quer como segunda. Como o inglês se estabeleceu como idioma geral das universidades, e é uma língua tão neolatina como as demais, é possivel esperar que, havendo interesse o problema se pode resolver, não faltando literatura original para compensar tão pequeno esforço. Neste contexto a Latinidade Brasiliana e Lusitana encontram o seu devido lugar, graças a seus meritórios representantes de nível pan-europeu.

PORTVGALIAE
MONVMENTA
HISTORICA

A SAECVLO OCTAVO POST CHRISTVM VSQVE AD QVINTVMDECIMVM

IVSSV ACADEMIAE SCIENTIARVM OLISIPONENSIS

EDITA

SCRIPTORES

VOLVMEN I

FASCICVLVS III

OLISIPONE

TYPIS ACADEMICIS

MDCCCLXI

DE EXPUGNATIONE OLISIPONIS A. D. MCXLVII

MONUMENTA III

Tria haec nunc edimus monumenta ad Olisiponis urbis expugnationem ab Alfonso I factam speciatim spectantia, quae, et jam editum pag. 91 *et sequentibus hujusce voluminis* Indiculum, *et aliquot rerum in tam magno facinore gestarum in antiquis chronicis narratas illustrant, quodammodoque perficiunt. Olisiponis a sarracenorum dominatione liberatae eventus per universam celeriter Europam perlatus fuit; praecipuique XII et sequentis saeculi scriptores magnum insigneque hoc factum varia circumstantiarum, rerumque, ut solet, enumeratione retulere. Istorum tamen narrationes singulatim, et oportune secundum methodum a Regia Scientiarum Academia in praesenti monumentorum editione probatam edituri erimus : tria vero haec, non aliter ac* Indiculum, *Olisiponis tantum expugnationem, rerumque vel antecedentium, vel consequentium notitiam exibent : et quamvis eorum duo ab exteris historiographis scripta fuerint, in nostrorum tamen monumentorum collectionem non per excerpta, sed inviolata atque integra merito adhibenda sunt.*

Horum primum quaedam est narratio epistolari forma a quodam scripta anglo, qui, ut ex ipsa narratione apparet, unus erat ex numero crucesignatorum *(sic dicebantur) qui illi obsidionis interfuere; monumentum quidem magni pretii ad historiam illius eventus contexendam; quippe quae rerum circumstantias in Arnulfi epistola, quamvis satis copiosa (quae secundum hic erit monumentum) vel ommissas, vel non perinde narratas, sedulo enumerat studio : nec minoris ista, quam Arnulfi narratio, ad auctoritatem historicam facienda est; utraque nempe a testibus, ut vocant, ocularibus, eorum, quae narrantur, similiter scripta fuit.*

Aliquot jam post annos notum erat Ms., ex quo haec narratio descripta fuit. Cooperus primus nobis existimatur, qui illud in libro On Public Records, Tom. I pag. 166, *laudavit. Compaginatum inter alia historica documenta in codice* 470 *ex bibliotheca Collegii Corporis Christi in Universitate Cantabrigiensi Ms. extat. Codex, cujus formatio est, quae inter bibliopolas numero* 12 *designatur, et scriptura ex litterarum specie ad saeculum potius XIII, quam XII referenda videtur, praeter hanc narrationem expugnationis, a prima pagina usque ad vigesimam secundam ductam, alia continet monumenta, quae nostra interesse nequeunt. Narrationi huic Cooperus titulum his assignat verbis :* Expeditio francorum, anglorum et variarum nationum ad obsidendum Ulissipona in Portugalia tempore Hildefonsi regis, per Osbernum. *Cantabrigiense attamen Ms. titulo omnino caret; nec auctoris nomen ex narrationis textu profecto comprehenditur; nec tandem aliud antiquum in Anglia apographum aliquando fuisse constat, in quo vel hic epistolari generi discors titulus, vel Osberni auctoris nomen inscriberetur. Apographum, quo utimur, ab illustri paleographo N. E. Hamiltonio ex Servatoribus Manuscriptorum in* Musei Britannici, *sic dicti, bibliotheca descriptum fuit; cujus difficilis laboris causa Cantabrigiae non parvo tempore com-*

moratus est. Eximius hic paleographus intento studio et cura non solum loca dubia Ms. notavit; sed etiam quae ob deletas litteras ex conjectura legenda sibi vix fuerunt, quaeque vel librariorum veterum incuria, vel temporum injuria interrupta, et lacunis, ut aiunt, lacerata invenit. In nostram editionem transcribere curavimus adnotationes ad marginem apographi sui ab illo scriptas, legentibus certe utiles, et littera H *singulas designavimus.*

Epistola Arnulfi ad Morinensem Episcopum, primum in lucem edita a duobus eruditis benedictinis, S. Mauri monachis, Martene et Durando in sua collectione (Amplissima Collectio, Tom. I col. 800) *descripta fuit ex duobus Mss. monasteriorum Aquincinctensis, et Gemblacensis, quorum lectiones varias, in prima editione exaratas, in hanc nostram inducimus. Quamvis Arnulfi Epistola in militarium rerum, et bellici apparatus notitia tam ad obsidendam, quam ad expugnandam urbem* Indiculo *difusior sit; in ubertate tamen circumstantiarum, eventuumque multorum speciali enumeratione narrationi Angli militis, sive* Crucesignati Anglici Epistolae *inferior subest, ut supra animadversum fuit.*

Postremo denique loco tertium proferimus monumentum, scilicet : Chronica da Fundação do Moesteiro de Saõ Vicente de Lisboa pello inuictissimo e christianissimo D. Afonso Henrriquez 1.º Rei de Portugal. E como tomou a dita çidade aos Mouros. *Hoc Ms., quod in monasterio quondam S. Vincentii servabatur, nunc vero in Publico Archivo* (Torre do Tombo) *non aliud est quam apographum saeculo XVI transcriptum : locutionis autem et verborum genere contextus narrationis saeculum XIV, vel ad plurimum XV, initium respicit. Auctori hujus operis instar praebuit* Indiculum; *sed illic quaedam speciatim addita, quaedam aliter relata patent. Facile inde conjicere oportet,* chronica S. Vincentii *paraphrasim Indiculi esse, liberius potius, quam fideliter versam : neque praeterea negabimus auctorem hunc aliud praeter* Indiculum *adiisse monumentum, quod tot rerum, temporumque versatio penitus deleverit.*

I

CRUCESIGNATI ANGLICI EPISTOLA DE EXPUGNATIONE OLISIPONIS

Osb. de Baldr. R. salutem. Qualiter circa nos habeatur magni fore voti apud vos sectu pro certo credimus, idemque de vobis apud nos agi nulla dubitatione teneamini. Itineris ergo nostri vel prospera vel adversa vel quae interim facta vel dicta vel visa vel audita relatu digna fuerint qualicunque scripto manifestabimus. Igitur apud portum de Dertemude diversarum nationum et morum et linguarum gentes navibus circiter CLXIIII convenere. Horum omnium trifariam partitur exercitus. Sub comite Arnoldo de Arescot nepote Godefridi ducis a romani imperii partibus secedit exercitus. Sub Christiano de Gistello flandrenses et bononenses. Ceterorum omnium sub constabulariis IIII.^or^ Sub Herveo de Glanvilla norfolcenses et sudfolcenses. Sub Symone Dorobernensi omnes Cantiae naves. Sub Andrea londonienses. Sub Saherio de Arcellis reliquae omnium naves. Inter hos tot linguarum populos firmissima concordiae atque amicitiae pignora insuper leges severissimas sanxerunt, ut mortuum pro mortuo, dentemque pro dente. Pretiosarum vestium omnimodum apparatum interdixerunt. Ne item mulieres in publico prodirent. Pacem servandam omnibus, nisi ex indicto injurias. Ut singulis ebdomadibus capitula serventur. Seorsum a laicis seorsum a clericis, nisi fortè magna quaedam utrorumque conjunctionem exigerent. Ut singulae náves singulos presbyteros haberent, et eadem quae in parrochiis observari jubentur. Ut nullus alterius nautam vel servientem in convictu suo retineret. Ut singuli singulis epdomadibus confiterentur et die dominico communicerent, et sic per cetera capitula usui *aeque necessaria* (?)[1], singulae singulis observationum sanctiones. Constitutae sunt praeterea de unoquoque milleno, II.º electi, qui judices et conjurati dicerentur, per quos ex indicto constabulariorum causarum terminatio pecuniarumque distributio fieret. Hiis inibi sic statutis, VI.^ta^ feria ante ascensionem domini velificare incepimus. Sub sequenti dominica costam Britanniae profunditatis dimensione, scilicet LXXV cubitorum et maris nigredine comperimus. Per biduum verò subsequens aurarum placidissima serenitate decenti, nichil aut parum profecimus. Quarta feria vento incumbente prospero Balearicam majorem scilicet montium Pyreneorum capita undarum magnitudine et fervore maris comperimus. Vespere autem tempestate oborta, omnes circumquaque dispersi sumus. Noctis supra modum tenebrositas atque insueta maris reumata nautas et audacissimos desperare cogebat. Auditae sunt interim syrenes horribilis sonitus, prius cum luctu, postea cum risu et cachynno, quasi insultantium cas-

1 «.... q.. ceriâ» *Verba haec in Ms. legi ferè nequeunt. H.*

trorum clamoribus. Per totam igitur dominicae ascensionis noctem laborantibus, consors atque custos divina misericordia affuit, ut castigando castigaret et morti non traderet. Quanti illic penitentes, quanti peccata et neggligentias cum luctu confitentes et gemitu, peregrinationis suae conversionem utcunque inceptam, inundatione lacrimarum diluentes, in ara cordis contriti deo sacrificabant. Idque adeò actum ut dispensatio divina nullum praeteriret, imo etiam caelestis benificii singulare privilegium se accepisse unusquisque gratularetur, ut longum sit enumerare per singula quantis visionum imaginibus divina miracula patuerint. Postera igitur die paululum sedata tempestate, in Hyspania apud portum Sancti Salvatoris quae dicitur Mala-rupis feliciter applicuimus. Ibidem enim ecclesia a mauris ante parum temporis fuerat destructa, monachorum cenobio celeberrima. Distat autem a civitate Oveti milia x in qua est ecclesia Salvatoris et totius Hyspaniae preciosissimae reliquiarum. Adjacet autem provintia montuosa, ferarum venatibus et frugum generibus multimodum celeberrima, admodum delectabilis nisi propriis inhabitatoribus fedaretur. Inter navigantes ad ripam Ovies pervenimus, quae adjacet Lucanae provintiae. Distat autem milia xx a civitate Lucana. Hinc iterum navigantes devenimus Ortigiam. Exin ad turrem Faris, quae olim a Julio Caesare constructa admirandi operis ut ibidem redditus et causae interminabiles totius Britanniae et Hyberniae et Hyspaniae quasi in meditullio commearent. Est enim adeò sita inter meridionalem et occidentalem plagam ut prima sit littoris appulsio recto tramite a Britannia venientium. Ibi verò pons lapideus ex multis arcubus ostenditur, in mari protensus, ex quibus xxiii.^or arcus quae ante biennium non apparuerant jam apparent. Indè relatum est a quodam gentis illius antiquissimo vaticinatum ut dum pontis illius arcus emergerent, destructionem gentium finemque ydolatriae in Hyspania inminere. Ex hinc ad portum Tambre devenimus, vigilia Pentecostes. Distat autem ab ecclesia beati Jacobi milia vii. Est autem civitas Hyrie proxima, quae nunc Petra Jacobi vocatur, et est sedes episcopalis. Portus autem multis generibus piscium fecundus habet in sinu maris insulam. Vidimus inibi mirabile dictu piscem tenentis manum stupefacientem : est verò ad modum raiae habens in summitate spinae duas pinnas acutissimas. Provintia adjacens feris abundat, segetae sterilis, vitae arida[1]. Indè pervenimus ad insulam quae vulgò Flamba[2] vocatur : in qua est cuniculorum copia et serpentium : habet etiam folium unde worma tingi. Insula haec una ex Balearibus est. Provintia a sinistra in continenti vocatur Campis. Habet autem litus maris, ab insula usque ad Portugalam, fluvium *Onnem?*[3] super quam civitas Tud. Post haec fluvius Cadova, supra quam civitas Braccara. Post haec fluvius Ava supra quam ecclesia beati Tyrsi martyris. Post haec fluvius Leticia[4]. Post haec fluvius Doyra supra quam Portugala, ad quam ab insula venimus circiter horam diei nonam : dicta autem olim a Portu Gallorum : habens jam annos reparationis suae circiter lxxx desolata ab introitu maurorum et moabitarum. Habet autem portus a meridie harenas salubres a prima rupe in introitu usque ad aliam rupem imfra, habentes in latitudine passus xii ab extremi recessus margine, in quibus involvuntur egroti donec mare superveniens eos abluat ut sic sanentur. Ibidem verò testatus est episcopus praedecessorem suum sanatum a livore simili leprae. De hujusmodi harenis quod sint in Hyspania in hystoriis romanorum invenitur. Cùm autem pervenissemus ad portum, episcopus una cum clericis suis nobis obviam factus est. Nam rex longe aberat cum exercitu suo contra mauros. Ibidem salutatis omnibus ex more gentis suae, adventum nostrum se prescisse nobis indicavit. Sed et ab hori litteras regias accepisse in haec verba : «Hyldefonxus Portugalliae rex Petro Portugalliae episcopo, salutem. Si fortè francorum naves ad vos pervenerint, cum omni benignitate et mansuetudine suscipite eos accuratius, et secundum conventionem remanendi mecum quam constitueritis, vos et quos vobiscum voluerint obsides totius conventionis... et sic apud Lyxebonam pariter cum eis ad me veniatis. Vale.» Hiis auditis, cum esset jam hora decima usque in crastinum distulimus respondendum, ut pariter qui in navibus erant omnes mandata regis audirent, et ab episcopo absolutionem peccatorum et bènedictionem susciperent. Reliqua diei pars cura rerum familiarum consumpta est. Summo mane ex omnibus navibus in summitate montis in cimiterio epyscopii coram episcopo omnes convenimus; nam ecclesia pro quantitate sic omnes non caperet. Indicto ab omnibus silentio episcopus sermonem coram omnibus lingua latina habuit, ut per interpretes cujusque linguae sermo ejus omnibus manifestaretur, qui sic incipit : «Beata gens cujus est dominus deus ejus populus quam eleg. in h. sibi et profectò beata quibus deus nescio quo inestimabili privilegio sensum et divitias contulit. Sensum ut vias disciplinae intelligerent; divitias ut adimplere possent quae pie cuperent. Et certè felix tellus nostra quae tot et tales alumpnos nutrit; quae tot et tantos in sinu matris ecclesiae filios unanimes associat *sanctitati*[1]. Et merito illius summae benidictionis effectus quae dicitur, beati qui me non viderunt et crediderunt, in vobis completur. Mediator dei et hominum Christus per se in mundum veniens paucissimos hujus viae viros et purae religionis sectatores invenit. Unde et a quodam juvene interrogatus, cum se complesse et observasse legis diceret : Quomodo perfectus esse posset? respondet : «Vade et vende omnia» &c. Perpendite quid sequitur. Tristatus est, nam erat in possessionibus dives. O quanta est justicia et misericordia conditoris nostri! O quanta cecitas et duritia mentis humanae! Cum veritate et de ipsa conferebat juvenis vox veritatis in auribus, et quia callosae mentis verbo veritatis non emollivit duritia, jam non est mirum si vacuatam sinceritatis gaudio subintroiit tristicia, et quid dicemus ad haec? Quanti hic inter vos hoc juvene in possessionibus ditiores? Quanti in dignitatum provectu sublimiores? Quanti prole multiplici et fecunda generositate feliciores? quos constat profectò omnes honorum dignitates ut eternum a deo consequerentur premium felici peregrinatione commutasse. Blandos uxorum affectus. Inter ubera lactaentium *(sic)* pia oscula. Adultorum magis dilecta pignora. Parentum et amicorum affectanda solatia. Soli natalis tentum... dulci remanente, sed torquente memoria Christum sequuti reliquere. O admiranda salvatoris opera. Nullo praedicante, nullo admonente, zelum legis dei in cordibus habentes, impetu spiritus ducente per tot terrarum et marium pericula et longi itineris dispendia, relictis omnibus a nobis primitivae ecclesiae filiis, huc advecti hii novissimi crucis misterium repraesentant. O quanta omnium hilaritas, quibus ad laborem et penam facies jocundior quam nobis qui hic heu torpentes segni vacamus otio, et certè a domino factum est istud, et est m. c. o. nostris. Ecce, fratres karissimi crucis improperium portantes, extra castra existis : deum quaeritis dum inveniri potest ut comprehendatis. Nom enim videtur mirum homines ad deum ire, quia propter homines et inter

[1] *Ad marginem* «pom... und...» *(poma undique?)* H.
[2] Flamiam *legendum. Saeculo quippe* xii *una insularum Baionnensium, sive de Baionna dictarum, hoc nomine* Flamia *appellabatur. Vide Hist. Compostell. in Esp. Sagr., Tom.* xx *p.* 197.
[3] *Verbum hoc laceratum rasura satis incertum, et ferè non legibile reperitur :* omneum *aegrè legitur.* H. — Mineum *certe legendum.*
[4] *Lege* Lecia.

[1] *In Ms.* scētati H. — Societati *forsan.*

homines deus venit. Jam usque ad vos in terrae finibus verbi dei prolata sunt semina, nam exiit qui s. s. s. semen est verbum dei, verbum dei deus : si mentis vestrae sedem conscenderit, bona est igitur mens, nec sine eo. Semina ista divina corporibus vestris dispersa sunt. Quae si boni cultores suscepistis similes origini fructus prodire necesse est, et pares hiis ex quibus orti sunt. Si mali, non aliter quam humus sterilis ac palustris necat, ut postea purgamenta pro frugibus generet, et deus bonus augeat incrementa frugum justiciae vestrae. Ecce filii karissimi novo penitentiae renati baptismate Christum induistis, iterum vestem innocentiae ut immaculatam custodiatis iterum suscepistis. Videte ne iterum post concupiscentias vestras abieritis. Auferte malum cogitationum de medio vestri. Animum purgate, id est mentem in sanctificatum deo templum. Mentis verò habitus sub quolibet pondere nequitum *(sic)* reprimi[1], si eam innocentiae puritas comitetur, et ut pura sit innocentia mentis penitus extyrpetur invidia. Cavendum est igitur maximè per mundi praecipitia iter agentibus ab hujus[2] quo aliena perduntur et sua consummuntur bona. Verùm enim dum conspecta felicitas torquet invidos et afficitur pena *contortionis* (?)[3] nequiores reddit, aliorum bona quae habere nom possunt, si diligerent utique fecissent sua. Vestra utique sunt bona sociorum, quae etsi imitari non valetis, diligite in alios, et vestra fient quae amantur in socios. Excludite ergo invidiam quae caritatem eicit, et discordiam nutrit, quae corpus corrodit et macerat, nec ipsum in sua valetudine atque vigore stare permittit, quia dùm pestis invidiae mentem lacerat corpus consumit, et quidquid in se habere videtur boni interimit. Unde scriptum est : Vita carnium sanitas cordis. Putredo ossium invidia. Per livoris vitium ante dei oculos pereunt etiam quae humanis oculis fortia videntur. Ossa quippe per invidiam putrescere est, quaedam etiam robusta deperire. Est autem invidia quasi odium occultum : inde dicitur invidia, id est invisibile odium. Hoc est tolerare et odisse, quod non est virtus mansuetudinis sed velamentum furoris. Sollerti igitur custodia muniendus mentis aditus, et eo observandum callidius quanto in ipso temptationis articulo fallacius subri*pitur*. Necessaria est igitur ad haec dilectionis operatio, quae inter malos non dilectio sed simultas proprie dicitur : non est ergo dilectio nisi inter bonos. Quia non est dilectio valida nisi ex utraque parte affectus pendeat. Dilectionis hujus vel caritatis custos est innocentia, quae tantae virtutis et gratiae creditur, ut deo et hominibus placeat. Vera est haec quae nec sibi nec alteri nocet, et cum valet prodesse sataget. Innocentia verò ferrum retundit, acies hebetat, hostes comprimit. Malorum praecogitata refellit, nam miro modo divinae animadversionis judicio, quos prava mentis inquinat conscientia, hos proculdubio adversus innocentiam sequitur actionis difficultas. Sit vobis inter cetera temperatio gulae, et ut breviter dicam, satietur caro ut in bono opere famulari nobis sufficiat. Sit itaque vobis ars quaedam satiari ne unusquisque per satietatem carnis ad iniquitatem prorumpat turpitudinis. De similitudine et collateralitate et de hiis quae in ea breviter annotavi, eadem in rectitudinis cautela teneatur, nam sepe pro virtutibus vitia surripiunt. Auditum satis partibus vestris credimus, quod divina ultio superincumbentibus mauris et moabitis totam Hyspaniam in ore gladii percusserit, paucis in ea christianis admodùm et in paucis urbibus sub gravissimo servitutis jugo relictis. Sed et ea quae ad vos sola famae notitia protulit, ea proculdubio jam luce clariora certis subjecta visibus pat*ent* (?). Proh dolor, ut vix in tota Gallecia et Aroganum *(sic)* regno et Numantia ex innumeris urbibus, castris et vicis et sanctorum sedibus, nisi sola ruinarum signa et jam factae desolationis indicia jam pareant. Ista etiam nostrae quam cernitis olim inter celebres, nunc ad instar parvuli redacta videtur, jam nostra memoria multotiens a mauris spoliata est. Verùm enim ante hoc septennium ab eis adeò afflicta est, ut ab ecclesia beatae Mariae virginis, *cui* dei gratia qualiscunque deservio, signa, vestes, vasa, et omnia ecclesiae ornamenta captis clericis aut occisis asportarent. Sed et ex civibus captivos et ex circumquaque jacentibus territoriis usque ad ecclesiam beati Jacobi apostoli innumeros ferè in patriam suam secum transtulere, non sine nobilium nostrorum sanguine, igne et gladio cetera consumentes omnia. Quid enim litus Hyspaniae vestris aliud obtutibus nisi suae desolationis quandam memoriam, et ruinae ostendit indicia? Quot in eo urbium et ecclesiarum desolationes visu et indigenarum indiciis didicistis? Ad vos autem mater *ecclesia*[1] jam quasi truncis brachiis et deformi facie clamat. Sanguinem filiorum et vindictam per manus vestras requirit. Clamat, certè clamat. Vindictam facite in nationibus, increpationes in populis. Nulla ergo itineris incepti vos festinationis seducat occasio, quod non Iherosolimis fuisse sed bene *interim vixisse* (?) laudabile est, non enim ad eam nisi per opera ejus pervenire potestis. Ex bono opere verò ut ad finem gloriosum quis perveniat meretur. Jacentem igitur et depressam Hyspanorum ecclesiam ut boni emulatores erigite fedam et deformem vestibus jocunditatis et leticiae reinduite, ut boni filii nolite spectare turpitudinem patris, et matri nolite dicere munus quodcumque est ex me tibi proderit. Federa societatis humanae nolite parvipendere. Quia, ut ait beatus Ambrosius, qui a sociis et fratribus si potest non repellit injuriam tam est in vitio quam ille qui facit, et vos boni filii matris ecclesiae vim atque injuriam propulsate, nam jure hoc evenit ut quisque ob tutelam sui corporis fecerit jure fecisse arbitretur. Vos fratres arma deposuistis, arma scilicet quibus rapiuntur aliena. De quibus dicitur, qui gladio percutit *gladio peribit*, scilicet qui nulla superiore ac legitima potestate vel jubente vel concedente in sanguinem fratris armatur. Sed nunc deo inspirante arma fertis quibus homicidae et raptores dampnentur, furta cohibeantur, adulteria puniantur, impii de terra perdantur, parricidae vivere non sinantur, nec filii impiè agere. Vos igitur fratres cum hiis fortitudinem armis suscipite, eam scilicet qua vel bello tuetur a barbaris patriam *(sic)* vel domi *(sic)* defend*itur* inimicos *(sic)*, vel a latronibus socios, nam plena est justiciae. Hujusmodi verò opera vindictae officia sunt quae boni bono animo implent. Nolite fratres, nolite timere. Non enim in hujusmodi actionibus homicidio vel taxatione alicujus criminis notabimini, imo rei propositi vestri deserti judicabimini. Non est verò crudelitas pro deo pietas. Zelo justiciae, non felle irae, justum bellum committite. Justum verò bellum dicit Ysidorus noster, quod ex indicto geritur de rebus repetendis aut hostium pulsandorum causa; et quia justa est causa homicidas et sacrilegos et venenarios punire, non est effusio sanguis *(sic)* homicidii *(sic)*, et item non est crudelis qui crudeles perimit. Vel qui malos perimit in eo quod mali sunt et habet causam interfectionis, minister est domini. Profectò filii Israel contra Amorreos justum bellum commisere, quibus transitus negabatur innoxius, et vos ergo populus Israel et filii Christi et servi crucis, numquid haec libertas permittenda adversariis crucis ut impune vobis insultent? Absit. Audite quid super hiis Augustinus dixerit ad Donatum presbyterum : «Non est permittenda mala

[1] *Reprimi ad marginem scriptum invenitur.* H.

[2] *Hoc modo litterae ad marginem scriptae* ".. nis / "..icio. *Initium verborum penè rasura deletum est.* H.

[3] *Verbum hoc super litteras rasas scriptum difficilime legitur.* H.

[1] *Abbreviatum hoc ad marginem scriptum :* ecla. H.

voluntas suae libertati, sicut nec paulo permissum uti pessima voluntate, qui pars ecclesia dei.» Item Crisostomus super Matheum, Homel. XVII. «Occidit Finees hominem et reputatum est ei ad justiciam. Abraham non solum homicida, sed quod gravius parricida effectus, magis magisque deo placuit. Item Jer. ad Ripoarium : Legi chyromachen Finees, auctoritatem Heliae, zelum Symonis Cananei, Petri severitatem Annaniam et Saphiram trucidantem, Pauli constantiam qui Elimam magum viis domini resistentem eterna severitate dampnavit. Undè in lege dicitur : Si frater tuus et amicus et uxor quae est in sinu tuo te depravare voluerit a veritate, sit manus tua super eos et effunde sanguinem ipsorum. Tale quid in vobis spiritualiter completum est. Percussit in vobis dominus Saulum et erexit Paulum. Eandem Sauli et Pauli carnem, non eundem mentis affectum sed immutatum. Ecce quam pius quam justus quam misericors deus. Nichil vobis detraxit deus. Eadem patriae vestrae opera sed affectu solum mutato vobis concessit. Armis et gladio utebamini. Predas agebatis, et cetera militantium facinora de quibus non est modò dicendum per singula. Vos ut videtur arma portatis et rei militaris insignia, sed diverso affectu ut superius dictum, non mutantes actum sed voluntatem attendentes illud apostoli consilium : Sicut exibuistis membra vestra servire immunditiae ad iniquitatem ita exibete membra vestra etc. Sed quoniam armati venistis, eia ut boni milites agite, quia non est peccatum militare, sed propter praedam peccatum est militare. Suscipite ergo vobis et vestris beati Augustini salubre consilium ad Bonefacium comi*tem* : «Arripite manibus arma. Oratio aures pulset auctoris, quia quando pugnatur deus apertis oculis spectat, et partem quam inspicit justam ibi dat palmam. Et verè adimplebitur in vobis prophetia quam ad laudem et honorem virtutis et gloriae filiorum dei dictum *(sic)* est : Quomodo persequebatur unus mille et duo fugarent x mille[1] : et iterum : Cadent inimici vestri coram vobis gladio, nam bellum quod deo auctore gerendum suscipitur, rectè suscipi dubitare fas non est. De cetero, filius noster dilectus et frater vester et in tribulationibus particeps, Hyldefonxus rex noster, contra Olixebonam diebus jam decem retroactis cum omni expeditione sua exiit, vestrum adventum praenoscens, nos hic vos expectatum stare jussit, ut vos vice ejus alloqu*amur* (?). Si fortè deus cordibus vestris immiserit vos ut cum omni navigio vestro eum adeatis, et cum illo donec deo auctore et vobis cooperantibus civitas Lyxbonensis caperetur maneatis. Pecuniae verò sponsionem si vobis placet proinde facturi vestris prout fisci regiae potestatis facultas se*que*tur. Nos verò indè et quos volueritis vobiscum obsides habeatis sponsionis persolvendae. Quid verò placuerit sanctitati societatis vestrae responsionem expectabimus. Sit jam indè in manibus vestris consilium pium, modestum, justum, honestum, ad laudem et honorem nominis ejus et sanctissimae suae genitricis qui *(sic)* cum deo patre et spiritu sancto vivit et regnat per omnia secula seculorum, amen.»

Completo sermone post expletionem missae deliberatum est ab omnibus ut Christianus dux Flandriae et comes de Arescot et naves plurimae quae nondum ex dispersione convenerant expectarentur, et advocaretur Johannes archiepiscopus Braccarensis. Congregatis igitur ex dispersione navibus, deliberatum est ut episcopi una nobiscum in navibus apud civitatem venirent Lixbonensem, ut illinc a rege illorum audiremus presentes quae absentibus mandabantur. Die verò quasi decima, impositis sarcinis nostris una cum episcopis velificare incepimus iter prosperum agentes. Die verò postera ad insulam Phenicis[1] distantem a continenti quasi octingentis passibus feliciter applicuimus. Insula abundat cervis, et maxime cuniculis : liquiricium[2] habet. Tyrii dicunt eam Erictream, peni Gaddir, id est sepem, ultra quam non est terra, ideò extremus noti orbis terminus dicitur. Juxta hanc sunt II insulae quae vulgò dicuntur Berlinges id est Baleares lingua corrupta in una quarum est palatium admirabilis architecturae et multa officinarum diversoria regi cuidam ut aiunt quondam gratissimum secretale hospicium. Habentur autem in continenti a Portugala usque ad insulam flumina et castra. Est Castrum quod dicitur Sanctae Mariae inter fluvium Doira et silvam quae dicitur medica in frigore[3]. In cujus territorio requiescit beatus Donatus apostoli Jacobi discipulus, et post silvam fluvius Voga, et post civitas Colymbria super fluvium Mundego, ultra quam est castrum Soyra et post castrum quod dicitur Mons Major, et post castrum Lora[4] super fluvium qui dividit episcopatum lixbonensem a colymbriensi, et post silva quae vocatur Alchubez[5] lingua eorum, circa quam heremi vastitas usque ad castrum Suherium[6] quod distat a Lyxebona milia VIII. In insula verò praedicta cum pernoctassemus summo manè velificare incepimus iter prosperum agentes donec ferè ad hostia Tagi fluminis ventus procumbens a montibus Sucheriis, naves tam admirabili tempestate concuteret ut pars batellorum cum hominibus absorberetur. Perseveravit autem tempestas usque ad introitum portus fluminis Tagi. Nobis verò portum intrantibus signum admirabile in aere visum est. Nam ecce a Galliarum partibus nubes candidae magnae nobiscum venientes, nubibus quibusdam magnis nigredine consparsis a continenti venientibus concurrere visae sunt, atque in modum acierum ordinatarum sinistris cornibus inter se junctis admirabili impetu confligere, quaedam in modum velitum dextra levaque impressione facta in aciem resilire, quaedam ut aditum invenirent ceteras girare, quaedam ceteras penetrare, easdemque penetratas ad modum vaporis inanire, quaedam sursum, quaedam deorsum levari, nunc penè aquis contiguae, nunc ab oculis in sublime ferri. Cùm tandem nubes magna a nostris partibus veniens omnem aeris impuritatem secum trahens ut ad modum azoli purissimi citra hanc videretur, ceteras omnes a continenti venientes impetu suo reprimens quasi victrix coram se praedas agens aeris sola principatum tenuit, ceteris omnibus vel inanitis vel si qua paucula remanserit apud urbem visa est confugere. Nobis acclamantibus : «Ecce nubes nostra devicit, ecce nobiscum deus. Dispersa est hostium potentia, confusi sunt quoniam dominus dissipabit eos.» Et sic demum tempestatis cessavit omnis quassatio. Igitur post parum temporis circiter horam diei x pervenimus ad civitatem quae non multum distat ab ostio fluminis Tagi. Est autem Tagus fluvius subterlabens a Toletanis partibus fluens, in cujus ripis sub primo vere dùm in alveo se recolligit, aurum invenitur. Cujus etiam tanta piscium copia ut duae partes aquae tertia piscium ab incolis credatur. Conchiliis abundat ut harena, hoc autem praecipuè quod hujus aquae pisces omni tempore pinguedinem suam et saporem innatum retinent, non alternantes vel degenerantes, ut apud nos est, ulla rerum vicissitudine. A meridie hujus est Elmada provintia quae abundat vineis et ficis et pomisgranatis. Segetae adeò fertiles ut bis ex uno semine fructificent, celebris venatibus, melle abundat. Similiter in ea parte castrum Palmella. A septentrione fluminis est civitas Lyxibona in cacu-

[1] *Haec ad marginem leguntur :* Sequuntur v... vobis. c... alienos et c... ex vobis x milia. H.

[1] *Vulgò* Peniche?

[2] *Lege* liquiritiam, *id est* Glycyrrhisa, *vulgò* Alcaçuz.

[3] *Ad marginem* : id est mei... H.

[4] *Fortassè* Leyrea, *vel* Leirena.

[5] *Manifestè* Alcobaca.

[6] *Idem videtur* Suchtrium *iterum infra scriptum tamquam per corruptionem verbi* Sintriam.

mine montis rotundi, cujus muri gradatim descentes *(sic)* ad ripam fluminis Tagi solum muro interclusi pertingunt. Sub nostro adventu opulentissima totius Affricae et magnae partis Europae commeatibus. Est autem sita super montem Artabrum pertingentem mare occeanum Gaditanum. Celum, terras, maria, distinguit a terris, eo quod ibi litus Hyspaniae finiat, et quod a circuitu ejus incipit Gallicus occeanus, et fons septentrionalis occeano Atlantico et occasu terminatio ibidem. Quo ab Ulixe opidum Ulyxibona conditum creditur. Territoria ejus circumquaque adjacentia optimis comparanda nulli postponenda frugique soli copia, sive arborarios sive vinearum proventus respice *(sic)* telis. Omni materia affluit, aut quae pretio ambitiosa aut usu necessaria, aurum et argentum habet. Ferrariis nunquam deficit. Vincit olea. Nichil in ea ociosum vel sterile, nec quod omnimodam messem neget. Non coquunt sales sed effodiunt. Ficis abundat, adeò ut vix a nobis portio consummi quiverit. Vigent pabulis etiam arida. Venatibus multimodis celebris. Non habet lepores : aves habet multigenas. Aere salubris : habet autem civitas haec balnea calida. Juxta quam est castrum Suchtrium[1] distans quasi milia VIII, in quo fons est purissimus, usus cujus tussim, tysimque sedare dicitur, unde si incolae tussientes audierint, non esse indigenas deprehendant. Habet etiam poma ... tria. In cujus pascuis equae lasciviunt mira fecunditate, nam aspirate favoniis vento concipiunt et postmodum sitientes cum maribus coeunt. Sic aurarum spiritu maritantur[2]. Constitit verò sub nostro adventu civitas LX milia familiarium aurum reddentium, summatis circumquaque suburbiis, exceptis liberis nullius gravedini subjacentibus. Cingitur autem muro rotundo cacumen montis, dextra levaque descendentibus muris urbis per declivum usque ad Tagi ripam. Dependentibus sub muro suburbiis vicorum vice in rupibus excisis ut unusquisque vicus pro castro haberetur munitissimo, tot enim difficultatibus cingitur. Populosa supra quod existimari nequit. Nam sicut postmodum urbe capta ab eorum alcaie, id est principe, didicimus, habuit haec civitas CLIIII.or milia hominum, exceptis parvulis et mulieribus, annumeratis castri Scalaphii[3] civibus, qui in hoc anno a castro suo expulsi, novi hospites *qui* (?) morabantur. De Suchtria et Elmada et Palmella optimatibus cunctis. Ex omnibus Hyspaniae partibus et Affricae mercator... multis. Sed cum tanti essent solum armaturam XV milia habebant in lanceis et scutis et cum hiis egrediebantur ad invicem, sicut ex indicto principis constitutum fuerat. Edificia verò ejus artissime conglobata, ut vix nisi in vicis mercatoriis vicus inveniri quiverit amplioris quam VIII pedum latitudinis. Causa tantae multitudinis erat, quod nullus ritus religionis inter eos erat, nam quisque sibi lex erat, utpote qui ex omnibus mundi partibus flagitiosissimi quique quasi in sentinam confluxerant, totius libidinis atque immunditiae seminaria. Sub temporibus regum christianorum priùsquam mauri eam optinuissent, trium martyrum memoria juxta urbem in loco qui dicitur Compolet celebrabatur, scilicet Verissima et Maximi et Juliae virginis, quorum ecclesia a mauris solotenus destructa, tres tantum adhuc lapides in signum ruinae suae ostendit, qui nunquam ab indè potuere sustolli. De quibus alii dicunt eos fore altaria, alii bustalia. Haec de civitate ad praesens sufficiant.

Vigilia igitur beati Petri apostoli post prandium cum ibi hora quasi prandii venissemus quidam ex nostris in littore juxta civitatem ex navibus progrediuntur, contra quos mauri, sed nostrorum impetum non valentes ferre non sine ipsorum detrimento usque ad portam quae suburbium respicit fugati sunt. Sed Saherius de Arcellis nostros ab impetu dolum succensens hostium revocat, gratias agens deo quod dissimiles prioribus qui antè huc advenerant casus jam in operis principio experti sumus. Advocatis, qui aderant tentoria in supercilio montis supereminentis urbem quantum est ferè baculi jactus figi jubet, inhonestum ratus jam primo congressu, ne cedere hostibus videremur, terram relinquere. Cuncti qui aderant favent. Adveniente itaque prima noctis vigilia, nisi duo tantum tentoria Hervei de Glanvilla et Saherii de Arcellis usquam apparuere, ceteris omnibus ad naves regressis. Nos verò cum paucis admodùm XXXIX tota nocte non sine metu excubavimus, ut Sancti Petri vigilias sollempnes loricis induti celebraremus. Mane autem facto ut citius quis potuit tentorium terra defigit, ac si nostri casus nichil praescissent. Episcopi verò qui nobiscum advenerant regem suum adeunt, ut sicut nobiscum constituerant cum nobis obviam facerent. Qui brevi cum eo redeunt, nam per dies plus octo in provintia commoratus nostrum adventum existimans expectaverat. Audierat enim per nostros de nostro adventu, qui in navibus V a nostra societate segregati V dierum navigatione a portu de Dertemude advenerant ante dies VIII. Adveniente itaque rege omnes ferè pariter ut in tali tumultu fieri solet, divites et pauperes obviam facti sumus. Cùm percunctasset verò rex qui essent ex nobis primates aut quorum consilia in nobis precellerent aut si cuique totius exercitus responsum commisissemus, breviter responsum est nos primates habere hos et hos, et quorum precipuè actus et consilia praeminerent, sed nondum deliberatum cui responsionis officia committerent. Si ab ipso primitus audissent, inter tot summae prudentiae viros brevi reperturos, qui pro omnibus communi omnium consilio responderetur. Ad haec rex pro tempore pauca respondit : «Scimus satis et compertum habemus vos fortes et strenuos magnaeque industriae ivros fore, et verùm aput nos non vos vestri praesentia quam fama minores fecit. Nom enim quid inter tot tantaeque divitiae viros nostra sponsio suffecerit, ut nostris scilicet ditati muneribus ad urbem *hujus* (?)[1] obsidionem nobiscum maneatis, vos convenimus. A mauris enim semper inquietatis nunquam peccunias adunare quibus quandoque securè non contigit vivere. Sed quoniam facultatem nostram et bonae mentis erga vos affectum vos ignorare nolumus, sponsioni nostra non imferendam injuriam, imo quicquid terra nostra possidet vobis mancipatum censemus. Certi verò super hiis quod vos magis pietas vestra ad laborem studiumque tanti operis invitabit, quam nostrae sponsio peccuniae ad praemium provocabit. Sed ne populorum conclamationibus vestrorum nostra turbetur oratio, ex vobis eligite quos volueritis ut ab invicem secedentes benignè placidèque sponsionis nostrae causam utrimque super hiis quae proposuimus diffiniamus, sicque inter nos diffinita in commune coram omnibus explicetur, ut omnibus deinde utrimque assensum praebentibus certo federe certisque pignoribus ad dei questum rata fiat.» Ad haec omnes responsuri una in concilium veniunt. Quid verò in hoc quisque prout animi linguaeque facilitas abundabat dixerit, nichilque aliud nisi aerem verberare conferret, cùm parum auctoritatis constet in fabula non inconvenienter praetereundum puto. Sed cum multi multa supervacua proferrent usque post prandium differtur consultum quid potiùs eligendum esset. Sed interim quo pacto nescio quibusve internuntiis Flandrenses regis sponsionibus acquiescunt, nam ut estimo quos rei familiaris inopia urgebat, hos proculdubio peccuniarum spes capescendarum facilius ad consuetudinem suam reducit. Dum item in concilio ventum est, quos paulò antè exis-

[1] *Lege* Sintriam.
[2] *Exarata hic ad marginem aliqua sententia fuerat, sed nunc ita extincta, ut legi non possit.*
[3] *Legendum est* Scalabis.

[1] *In Ms. sic :* h'j : H. — *Contractas has litteras legimus pro :* hujusmodi.

timabamus conjurationis socios, nunc regis advocatos in concilio repperimus, hoc solum semper coram nobis excipientes quod *non* (?) rege pactionem ullam non solum non susciperent, immo nec audirent, sed moris semper ubique terrarum fuisse in hanc partem favere potius quam impetus animi magis duceret, seque cum rege manere velle si omnibus complaceret sociis, neque restare aliquid quin hoc potius fieret aiebant. Interea quisque prout arbitrabatur prudentis sententiam rogatus, diversi diversa protulere. Inter quos Willelmus Vitulus adhuc spirans minarum cedisque pyraticae et Radulfus frater ejus, et omnes ferè hantunenses et hastingenses cum hiis qui ante hoc quinquennium urbem Ulyxibonam obsidendam convenerant, omnes uno ore regis *responsionem* accipere nichil aliud quam proditionem aiebant, plurima etiam super hiis retractantes, quae vel ficta vel si qua vera fuerint, eorum magis deputanda insipientiae quam alterius pravitati, aut ea quae magis patebant longi dispendia laboris in obsidione nolle pati. Insuper maximo questui fore si costam Hyspaniae sub festinatione transcurrerent, ac perindè multas peccunias ab Affricae navibus et Hyspaniae mercatores leviter extorquerent. Ventumque insuper plurimum eo tempore in Iherusalem navigantibus aptum commemorant, nec se quosque expectaturos si solum VIII vel X naves socias habuerint, et multa hiis similia quae potius fortunae casibus subjacent quam virtuti. Sed nostrorum major pars omni occasione remota assensum remanendi prebet. Colonensibus, flandrensibus bolonensibus, britonibus, scottis in hoc idem libentissimè assentientibus. Ceteris cum Willelmo Vitulo, quasi navibus octo normannorum, hantonensium et bristowensium, adhuc in hac pertinatia immobiliter durantibus. Interim flandrenses et colonenses et bolonenses ad orientalem civitatis partem cum classe sua secedent. Item post parum perversos exhortatum in concilio venimus, ut exhortationibus blandisque promissis eos nobiscum retineremus, vel quasi fidei juramentique transgressores, conjurataeque societatis ab omni nostrorum et a sanctae matris ecclesiae communione segregaremus, hinc illinc acclamantibus cunctis. Haec de Glanvilla[1] vix nactus silentium orationem hujusmodi habuerit.

«Piae recordationis memoria qua tot nationum populos piaeque eruditionis viros cruce dominica insignitos pridie aput Portugalam me vidisse recolo animum licet mestissimum maximè relevaret, si hanc universitatem gentium sub unitatis sincerae vinculo scirem posse restringi. Ad hoc enim quamque nostrum summa ope deceret eniti, ut cum jam tanta gentium diversitas sub conjuratae unitatis lege nobiscum astringi, nichilque in ea quod meritò accusari vel derogari queat in contingenti perpendamus, ne in nos ejusdem sanguinis generisque socios vitabunda infamiae in posterum macula coherceat. Imò ut antiquorum virtutum memores nostrorum laudem et gloriam generis nostri accumulare potius quam infamatam malitiae pannusculis obvelare. Insignia enim veterum a posteris in memoriam reducta, et amoris et honoris indicia sunt. Si boni emulatores veterum fueritis, honor et gloria vos insequitur, si mali, dedecus improperii. Normannorum genus quis nesciat usu continuata virtutis laborem recusare nullum? quorum scilicet in summa asperitate semper durata militia, nec in adversitate citò *subteritur* (?), nec in prosperitate tot difficultatibus exercitata segni valet otio subici, nam semper otii vitia discutere negotiis didici*t*. Sed quonam perversitatis modo nescio, quasi gloriae honorisque cupidine in nos pedissequa subreppit invidia, et *dùm* (?) generis alieni viros nobiscum nequit inficere, in nosmetipsos maximam veneni sui partem transfundit. Attendite patres et recolite corrigendo mores vestros. Exemplum e vicino in confusionem vestram sumite. Colonenses colonensibus non dissident. Flandrigenae flandrensibus non invident. Quis enim scottos barbaros esse neget? Numquam tamen inter nos legem debitae excesserunt amicitiae, et quid aliud nisi prodigiosum quiddam in vobis conspicitur? Cùm nos omnes unius matris filii simus ut si lingua palato, os ventri, pes pari, manus manui mutuae servitutis neget officium. Et vos hinc abire vultis, et ut benè fiat optamus. Nos verò ut jam ab omnibus in commune decretum est, vobis solum paucis exceptis, quod non sine dolore cogor dicere, hic remanemus. Deo non vos inde injuriam facitis sed vobis. Si enim vos hic remanseritis, non augetur ex vobis dei potestas. Si abieritis non imminuitur. Si civitas haec a nobis capiatur, quid dicetis ad haec? Et ut de piaculo violatae societatis taceam, vos ubique terrarum imfames et ignominiosi venietis. Gloriosae mortis metu vires vestras a sociis subduxistis vestris. Predae solam nondum adeptae cupidinem eterno comparastis obprobrio. Genus vestrum innoxium hoc vestro crimine obnoxium tenebitur, et certè pudet, quod generis nostri mater Normannia et immerito a tot nationum quae hic adsunt gentibus, perpetuum vestri facinoris sustinebit obprobrium. Nunc de cetero. Quamobrem vos et vestra perditum itis? Certò peregrinatio vestra non videtur karitate fundata quia non est in vobis dilectio. Si enim in vobis verae dilectionis esset affectus profectò majori fidutia ea erga nos uteremini. Non litteras didici, nec populo sermonem facere novi. Didici tamen et scio quod qui vult peccatis dimitti, oportet peccata ceteris dimittere. Hic enim officium diligentis implet qui hiis a quibus est appetitus ignovit. Haec enim ideò de peccatis dimittendis et malis tolerandis intersero quia superiùs in excusatione hujus operis quaedam de rege improbanda proposuistis. Item de questu navigantibus proventuro quis novit si in concupiscendo aliena perdamus nostra? De itinere festinando, quis novit si illa spe questus festinatio fiat tardatio? Malo verò hic aliquid benè operando mea consumere, quam vagabundus et anceps certa pro incertis mutare, et me et mea casibus fortuitis et in malos usus committere. De rege etsi apud vos culpabilis foret ut superiùs proposuistis, pro deo tolerandus esset ut aliquid lucri majoris a vobis fieret. Ipse tamen ut nobis refert totius pravae actionis erga vos immunem se asserit, purgandum judicio vestrorum. Miseremini ergo sociorum vestrorum. Parcite generis infamiae vestri. Assentite consiliis honoris vestri. Ego verò imprimis si placet cum omnibus meis, genibus flexis, junctis manibus, omnia mea in manibus vestris tradens dominium vestri libentissimè solum maneatis nobiscum suscipiam, et si non vultis socios, exibete vos saltem nobis dominos». Et cum haec ad ultimum prae lacrimis vix dixisset, pedibus Willelmi Vituli humiliari voluit, optimatibus astantium militum et ceterorum idem facientibus. Sed non sunt permissi ab eo et a causae suae sociis circumstantibus. Aqquievit tandem Willelmus et socii ejus nobiscum manere, quantùm sibi victualia suppeterent nec amplius die uno nisi regis vel nostrorum stipendiis teneretur, et lacrimati sunt omnes prae gaudio dicentes «Deus adjuva nos.» Electi sunt ex optimatibus nostris una cum colonensibus et flandrensibus per quos inter nos et regem sponsionum et conventionum fieret diffinitionis terminatio. Qui una cum rege et archiepiscopo et coepiscopis et clericis et laicis testamentum confirmationis pactionum, postea coram omnibus prolatum, in haec verba fecerunt. Notum sit omnibus ecclesiae filiis tam futuris quam praesentibus conventionis pactum inter me et francos, quod scilicet ego Hydefonxus *(sic)* rex portugalensium omnium meorum assensu ut perpetuo sit apud posteros in memoria testamento confirmationis as-

[1] *Ad marginem haec leguntur* : in hiis verbis sed hoc... per sua... tibus modo. H.

signo. Quod franci qui ad urbis Lyxbonensis obsidionem una mecum mansuri sunt, hostium possessiones in omnibus in suam ditionem et potestatem transferant et habeant, omnibus meis et me omnimodo expertibus. Hostes captos, si qui ut vivant redimi voluerint, redemptionis peccunias liberè habeant. Mihi insuper captivos reddant. Urbem, si fortè ceperint, habeant et teneant donec facto scrutinio spolietur tam in omnium redemptionibus quam in ceteris, sicque demùm ad eorum voluntatem perscrutatam mihi tradant. Postea verò civitas et terrae subactae me presidente partiantur, secundum conditiones suas sicut quosque melius noverim tenendas secundum consuetudines et libertates francorum honestissimas, mihi solum in eis remanente advocationis dominio. Naves insuper et res eorum vel heredum eorum qui ad urbis Lixbonensis obsidionem una mecum fuere ab omni consuetudine mercatoria quae vulgo pedatica dicitur amodo et in perpetuum per totam terram meam firmiter et bona fide concedo. Hiis testibus. Johanne archiepiscopo Bracarensi, episcopo Petro Portugalensi, episcopo Lameccensi, episcopo Viseos, Frinando Menendiz socero regis, Frinando Captivo, Gunzalvo Roderici, Gocelino de Sousa, Menendo Hyldefonxi dapifero, Mutio de Lamega, Petro Pelagio, Johanne Rainno, Gocelvo Sotheri, et multis quorum non novimus nomina[1]. Hujus conventionis dati sunt ex parte regis obsides certi xx per fidem et juramentum, tam episcopi quam laici. Super hiis juravit rex conventionem et testamentum praescriptum servare. Insuper autem a nobis non discessurum nisi infirmitate ultima cogente, aut si hostibus terra ejus occuparetur, nec indè fallendi occasionem quaerere erga nos ullo modo. Nos verò similiter pactionis tenendae juramentum fecimus datis indè obsidibus similiter viginti. Hiis ita omnibus confirmatis, communi omnium consilió decretum est ut legatarii ad urbem hostes conventum mitterentur, ne eos nisi inviti videremur impugnare. Archiepiscopus igitur Braccarensis et episcopus Portugalensis cum paucis ex nostris ad urbem mittuntur. Dato utrimque signo, ipso civitatis alcaio super murum cum episcopo et primiciis civitatis stantibus pax indutiarum ut quid velint dicant utrimque sanccitur, cùm sic archiepiscopus exorsus orationem habuit : «*Deus* (?)[2] pacis et dilectionis velamentum erroris a cordibus vestris auferat et ad se vos convertat, et nos igitur de pace loquuturi ad vos pervenimus. Concordia enim res parvae crescunt, discordia maximo dilabuntur. Sed ut haec inter nos non regnet perpetuo, huc ad vos conciliatum venimus. Sic enim nos ex uno eodemque principio natura progenuit, ut federe societatis humanae et vinculo matris omnium concordiae aliis alios non ingratos fieri deceret. Nos verò ad hanc quam possidetis urbem non vos expugnatum hinc neque expoliatum si vultis venimus. Habet enim hoc semper christianorum innata benignitas, ut licet sua repetat, aliena non rapiat, urbis hujus sedem nostri juris fore vendicamus, et certè si in vobis justicia naturalis profecerit, inexorati cum omnibus sarcinis vestris, peccuniis et pecculiis, cum mulieribus et infantibus, patriam maurorum repeteretis unde venistis, linquentes nobis nostra. Sed coopertum habemus jam satis quod *juncti* (?)[3] vel coacti talia faceretis. Sed date operam ut libenter faciatis. Nam si quae petimus libenter suscipitis, acerbissimam peticionis partem jam effugistis. Quae nam aliter inter nos concordia fieri posset nescio, cùm sors ab initio unicuique data proprio possessore careat. Vos ex mauris et moabitis Lusitaniae regnum regi vestro et nostro fraudulenter subripuistis. Urbium et vicorum et ecclesiarum desolationes innumerae ab illo tempore usque in praesens et factae sunt et per dies fiunt. In uno fides vestra, in altero societas humanitatis lesa est. Civitates nostras et terrarum possessiones injustè retinetis jam annis ccc et eo amplius LVIII ante vos a christianis habitas, *quos non ad fidem gladius exactoris addixit, sed quos verbum praedicationis in filios dei adoptavit* (?)[1] sub apostolo nostro Jacobo et ejus sequacibus, Donato, Torquato, Secundo, Endaletio, Eufrasio, Tesiphonte, Victorio, Pelagio, et pluribus apostolicorum signorum viris. Testis est in urbe ista sanguis martyrum pro Christi nomine sub Ageiano Romano principe effusus, Maximae scilicet et Verissimi et Juliae virginis. Requirite concilium Toletanum sub glorioso nostro et vestro rege Sisebuto. Testis est indè Ysidorus Hyspalensis archiepiscopus et ecclesiae Lyxbonensis ejusdem temporis episcopus Viericus, cum cc et eo amplius totius Hyspaniae coepiscopis. Testantur adhuc in urbibus ecclesiarum ruinae inditia manifesta. Sed quod jam usu longo et generis propagatione urbem occupatam tenuistis, utimur ad vos solito bonitatis affectu, solum vestri munimentum castri in manus nostras tradite. Libertates hucusque habitas habeat vestrum unusquisque, nolumus enim vos tam antiquis exturbare sedibus. Secundum mores suos unusquisque vivat, nisi gratuito ex vobis augeatur ecclesia dei. Praedives est ut videmus et satis felix urbs vestra, sed multorum aviditati exposita. Quot enim castra, quot naves, quae hominum in vos conjurata multitudo! Parcite desolationi agrorum et fructuum. Parcite peccuniis vestris. Parcite saltem sanguini vestro. Pacem dum felix est suscipite. Nam dubium non est quin sit felicior pax nunquam lacessita, quam quae multo reparatur sanguine : etenim felicior est sanitas inconcussa quam ex gravibus morbis et extrema minantibus vi quadam et exactione in tutum reducta. Gravis est morbus et praeceps qui vos infestat : *alterum* (?)[2] faciet nisi salubre summatis consilium. Aut extinguetur aut extinguemini. Cavete, nam terminum festinat velocitas. Studete incolumitati vestrae dùm tempus habetis. Vetus est enim proverbium, «gladiatorem in area capere consilium». Vos deinceps respondeatis si placet.» Ad haec quidam ex senioribus circumstantibus responsum hujusmodi dedit :

«Video verba vos satis in potestate habere : non oratio vestra vos effert, nec longius quam destinavistis protraxit. Ad unum finem scilicet capescendae nostrae civitatis vestra respexit oratio. Sed de vobis satis admirari nequeo, cùm una silva vel provintia multis elephantibus vel leonibus sufficiat, vobis autem nec mare nec terra sufficit. Non enim vos rerum inopia sed mentis cogit ambitio. Quid enim superius de sorte unicuique data proposuistis, vos sortem nostram inquietatis, ambitionem vestram rectitudinis zelum dicentes, pro virtutibus vitia mentimini. Jam enim adeò in immensum vestra cupiditas exiit, ut non solum vobis turpia delectent, sed etiam placeant, et jam ferè locus remedio fieri desiit, quia vestrae cupiditatis consummata infelicitas jam penè modum naturalem transiit. Inopes et exules nos fieri judicatis, ut gloriosi efficiamini. Hujusmodi *glorificatio* (?)[3] iners difinitur ambitio. Cupiditas verò vestra dùm modum excessit in seipsam strangulata semper emarcuit. Quotiens jam nostra memoria cum peregrinis et

[1] *Testium quaedam nomina, etsi turpiter scripta, absque dubio magnates, seu illustres aetatis Alphonsi I viros indicant : quaedam verò ita corrupta sunt, ut, vel eorum verum lectionem orthographicam, vel quibus conveniant viris, perquirere, impossibile sit. Probabile etiam nobis videtur, recens hoc apographum non omnibus his maculis, et hujusmodi labe carere; obnoxii enim exteri scriptores litterarum turbationi sunt, dùm alienae gentis virorum nomina aut scribunt, aut loquendo reddere conantur. Utcumque erit juvabit tamen apographum hoc Cl.* Hamiltonii *fideliter et servare, et describere.*

[2] *In Ms.* 'S. H.

[3] *In forma litterarum, quas Cl. Hamiltonius ad apographi sui marginem descripsit, potiùs invitti, quam, ut aequum est, juncti legitur.*

[1] *Italicis hic litteris scripta verba, quae ipsius codicis scriptoris manu in quodam paginae tractu, rasis ibidem aliis litteris, exarata fuerant, deleta ferè sunt.* H.

[2] *In Ms.* altm. H.

[3] *In Ms.* glatio. H.

barbaris nos hinc expugnatum advenistis? Numquid verò vobis vestra placent aut ullam domi contraitis culpam totiens migrantes. Et certè frequens migratio vestra ex innata animi instabilitate foro convincitur, quia nec animum continere qui nec corporis fugam sistere valet. Urbem nostram vel vobis quietam tradi vel in ea manentes vobis subici nondùm nostri consilii fuit. Nondùm adeò magnanimitas nostra processit, ut certa pro incertis relinquamus. De magnis enim rebus magno animo judicandum est. Urbs verò haec ut estimo, vestris olim fuit, nunc autem nostra, in futuro forsitan vestra. Sed et hoc divini muneris erit. Cùm voluit deus, habuimus : cùm noluerit, non habebimus. Nullus enim contra voluntatis ejus arbitrium inexpugnabilis est murus. Placeat ergo nobis quicquid deo placuerit, qui totiens sanguinem nostrum de manibus vestris eripuit, ipsumque *idō et mito* (?), suaque mirari non desistimus in hoc quod vinci non potest, et quod mala omnia sub se teneat, et quod ratione qua nichil praestantius casus et dolores et injurias nobis subigit. Sed vos hinc abite, non enim aditus vobis patet *nisi* (?)[1] ferro experiendus. Non enim minae vestrae et barbarorum tumultus multi vel magni apud nos constant, quorum virtutem satiùs quam linguam novimus. Quod verò perniciosa et mala irrefragabilia promittitis, ex futuro, si quandoque futura sunt, pendent, et certè dementia est nimis angi futuris, nec aliud quam sibi sponte miserias accersere. Admovendum est igitur optimum consolationis officium, et differendum quae licet nequeant discuti. Animi autem nostri timiditas omnia experiri suadebit. Nam timor assiduus et acer et extrema quaeque minitans, ad audaciam torpentes excitat, et eo acrior virtus efficitur quanto inevitabili necessitate extunditur. Sed quid vos longius protraam? Facite quod valetis : nos quod divini muneris erit». Ad haec episcopus Portugalensis :

«Si fieri potest ut propiciis auribus vestris loquar, dicam : si minus, iratis. Vos ut moris est vestri in hoc solum obstinationis vestrae causam et finem figentes, rerum et malorum eventus nostrorum expectatis. Sed fragilis spes et imbecillis, quae non ex propriae virtutis fiducia sed ex aliena pendet miseria. Jam enim causa vestra quasi timida aut infirmata, testimonium condempnationi dare videtur. De incerto et futuro loquuti, sic apud nos fore decretum experiemini, ut rei cujus totiens eventus incertus fuerit, ut aliquando procedat, sepiùs temptandum. Sed cùm totiens ut dicitis erga vos nostra cassata sint initia, experiendum adhuc aliquid adicimus : sed quis vos indè finis maneat experti cognoscetis, ut estimo. In discessu nostro ab urbe ista nec salutabo vos nec salutabor a vobis.»

Igitur legati nostri omni spe civitatis potiundae ab hostibus frustati, ad nos revertuntur. Rex cum omnibus suis ad urbis septentrionem in summitate montis distantis a nobis quasi passibus quingentis secedit. Mane iterum facto *cc* (?)[2] constabularii nostri et optimates nostrae partis curiam regis adeunt circiter horam diei nonam, ut supradictae conventionis obsides traderent, et plura obsidioni necessaria providerent. Cùm interim garciones nostri fundiferi hostes irritando ad campum progredi faciunt, ut sic eminus jactu lapidum irritatis, majoris accessionis provocatio fieret. Nostris subindè paulatim arma capientibus, imfra suburbium se hostes concludunt, prohibentes nostros ab introitu jactu lapidum a tectis domorum quae ad instar muri circumquaque septa erant. Nostri verò undique patulos si qua forent querentes aditus usque ad medium suburbii, quo in devexo montis muro cingebatur, eos perturbant. Ibi verò nobis fortiter restitutum est. Nostris paulatim subcrescentibus, fit acrior impetus. Multi interim sagittarum et balistarum ictibus cadere. Nam propiùs accedendi licentiam lapidum prohibebat emissio. Sicque diei pars magna consumpta est. Tandem verò sub solis occasu per quosdam vix etiam inermibus pervios[1] quandam collis partem maximo belli discrimine nostri praeoccupavere. Quo comperto, hostes in fugam versi sunt. Nam longè a munimento superioris urbis aberant. Interim hiis auditis, dominus Saherius de Arcellis a rege et a constabulariis nostris nos retroagendum missus est. Deliberatum enim apud eos fore aiebant, ut in crastino a rege et ab omnibus undique civitas invaderetur, ne inter paucos dampni majoris occasio fieret. Sed cùm usque ad nos pervenisset, jam ferè omnes nostri ex navibus confluxerant, et jam ade...[2] in urbe cum hostibus, ut vix nisi armorum varietate dinosci possent. Jam ferè nox aderat. Comperto verò quod retroagi nisi nostrorum detrimento maximè nequiremus, jub...[2] omnes a domino Saherio ex castris proruere, episcopo Portugalensi omnes benedicente atque absolvente. Ipse quoque Saherius cum quibus habere potuit, ex nostro temptorio vel ex suo proprio, nam sociorum pars major jam in conflictum ierat, ut ceteris succursum praesteret *(sic)* armatus urbem ingreditur. Jam verò inter vicorum angustias prout hostium vel nostrorum majora suppetebant per loca praesidia, varia victoria adinvicem erat. Cùm tandem nostri in cimiterio quodam hostium colligati atque in aciem instructi, superveniente domino Saherio, nam ceteri constabulariorum omnes aberant, omnem hostium impetum repulere. Indè magna eorum strages conficitur. Tum demùm in fugam versi sunt. Nam a prima undè superius fuga cùm se acrius imfestari non posse per vicorum quantitate vel nostrorum lassitudine comparuissent, leviter reparati fuerant. Nunc tandem in fugam versi, praedarum objectionem suarum, cùm multi nostrorum ad hanc jam intenderent, donec imfra portas argumento subtili invenere viam. Milites tamen cum archiferis et quibusdam juvenibus expeditis, praeda neglecta, usque ad portas impressionem strenuissimam faciunt. Verùm enim praedae intenti, fedam aliter fugam fecissent. Sed nox interim conflictum dirimit, capto suburbio non sine evidenti miraculo, quod quasi III armatorum milia XV milia familiarum villam tot difficultatibus septam obtinerent. Milites verò et quique electi juvenes cum domino Saherio tota nocte armati excubias per vigiles in medio montis quo erat eorum cimiterium agunt, ne relicto quod ceperamus, in crastino difficilior aditus pateret. Quod et ita factum est tota nocte, horribili ex omni parte conflagrante incendio. Mane autem facto circiter horam primam hostes exeunt, ut nos ab urbe repellerent. Supervenientibus ex omni parte regis et nostrorum familiarum praesidiis, iterùm includuntur. Sicque denique urbe obsidione inclusa, imfra suburbium sub muris eorum hospitati sumus, non sine magna nostri eventus omnium ceterorum invidia. Hiis ex parte flandrensium compertis, muro urbis se includunt mauri, relicto eis inexpugnati suburbio. Nostri interim, normanni scilicet et angli excubias per noctes singulas per quingentenos disposuere ut IX revolutis noctibus item primae vigiliae initia fierent : VIII verò batellos cum armatis contra urbem in flumine excubandos disposuere. Inventum est dehinc in nostra parte suburbii in fossis in proclivo montis ad centum ferè milia summarum tritici et ordei et milii et leguminum, subsidia scilicet maximae partis urbis. Nam infra muros loci quantitas et rerum familiarium copia rupisque solidae durities, imfra vallem aquarum copia fossas fieri prohibebant. Interea mauri per dies sepius irruptiones faciunt in nostros, nam contra nos tres portas habentes, II in latere et unam contra mare, faci-

[1] *Ad marginem* on... H.

[2] *Si cc legendum, de constabulariis et optimalibus intelligendum est : nam constabularii quatuor erant tantummodò.*

[1] *Ad marginem* jam *(?)* anfractus. H.

[2] *Mutilationes ex compaginatione Ms.* H.

lem exeundi et redeundi licentiam habebant. Nobis verò congressus difficilis habebatur. Set... non sine utrorumque detrimento......[1] fiebat, sed eorum semper majori. Dùm interim per dies et noctes excubaremus sub eorum muris, derisiones atque improperia multa nobis ingerebant, mille nos mortibus dignos judicantes, quippe qui nostra fastidientes quasi vilia, aliena quasi praeciosa concupisceremus, nec aliam se nobis injuriam fecisse commemorant, nisi quod nos si quid optimi penes eos haberetur possessione nostra dignum existimaremus, ipsosque indignos habendi judicaremus, prolemque domi nascituram multiplicem nobis absentibus improperabant, nec ob id de obitu nostro curae uxoribus nostris fore ...... cùm sibi domi spuria suppeteret progenies. Sed et siqui ex nobis superforent, miseros et inopes repatriandum promittebant, et subsannantes dentibus in nobis fremebant. Conviliisque insuper et verbis contumeliosis et probris, beatam Mariam matrem domini incessanter afficiebant, indignantes nobis quod filium pauperis mulieris tanto quasi deum veneraremur obsequio, ipsum dicentes deum deique filium, cùm unum deum solum a quo omnia quae initium habent cepta sunt constet esse, nec aliquem coevum et divinitatis suae habere participem, ipsumque summè bonum atque perfectum omniaque posse, et cum omnia possit indignissimum fore et inexpiandum tantam tamque excellentis divinitatis potentiam humanis compagibus membrorumque liniamentis coartari, nec id aliud furiosum et saluti nostrae contrarium credere fore, vel hunc Mariae filium propheta inter optimos cur non asser... cum injuriosum valdè sit homini nomen dei usurpare. Haec et hiis similia adversum nos calumpniantes obtrectabant. Crucis insuper signum cum magna irrisione ostentare nostris atque in illam expuentes feditatis suae posteriora extergebant ex illa. Sicque demùm mingturientes *(sic)* in illam quasi obprobrium quoddam crucem nostram nobis proiciunt. Videbatur verò iterùm nobis Christus actualiter ab incredulis blasphemari, falsa genuflexione salutari, malignantium sputis rigari, vinculis affligi, fustibus illidi, crucis affigi obprobrio. Cujus ut decebat nos compassione in crucis adversarios acriores fieremus. Quod et factum est divina eos obcecante justicia. Quotiens a nobis requisiti sunt quotiens facultates et possessiones eorum solum ab urbe liberè quo vellent secederent eis concessae sunt, aut integro jure sibi omnia remanere solum urbis munimentum nobis tradidissent, numquam tamen eorum obstinationem nisi ultimo et pessimo dedecore finiri deus noster permisit. Providerat enim deus maximè hiis temporibus ultionem in crucis adversarios, sub qualibetcumqne homunciis fieri. Dederat enim eos deus ut postmodùm vidimus in passiones ignominiae. Interea ecclesiae duae a francis construuntur in sepulturam defunctorum. Una ab orientali parte a colonensibus et flandrensibus ubi duo muti a nativitate deo adjuvante officia linguae susceperunt. Altera ab anglis et a normannis ab occidentali parte. Cùm autem ibi per dies xv sedissemus, machinas utrimque facere incepimus : colonenses et flandrenses, sue ariete *(sic)* turrim ambulatoriam : nostri turrim ambulatoriam nonaginta v pedum altitudinis. Omnibus ad haec agenda intentis, prodigiale quid a parte flandrensium evenire contigit. Die namque dominica post expletionem missae sacerdos panem benedictum sanguineum, quem dùm cultello purgare juberet, inventus est adeò cum sanguine permixtus ut caro quae nunquam sine sanguine potest incidi. Divisus verò postea per frusta in hujusmodi specie etiam post urbis captionem multis diebus visus est. Quidam verò hoc interpretantes aiebant gentem illam ferocem et indomitam alieni cupidàm, licet tunc sub specie peregrinationis et religionis, sitim sanguinis hùmani nondùm deposuisse. Colonenses interim et flandrenses v fundis balearicis muros et hostium turres temptant concutere. Peractis tandem eorum machinis et ad murum deductis, vix arietem reduxere, cetèris igne et satis contumeliosè consumptis. Turris verò nostra cùm jam ad murum ferè duceretur, sabloni inhesit immobilis, a tribus eorum fundis irremissibiliter per dies noctesque concussa. Ubi non sine magno nostrorum labore et detrimento in defendendo frustra, post dies iii comburitur ab hostibus. Inde nostri non parum consternati, animis erecti vix imfra dies viii esse valebant. Sed cum tandem per sex epdomadas urbem obsedissemus, comperto quod eos fames aliquantulum urgeret, ... vero panis et vini frugumque inestimabilis copia suppeteret, paululum resumpsere animos. Naves terrae deducunt, mala submittunt, funalia domibus includunt, hyemandi signum. Colonenses verò subterraneas fossas quinquies aggressi ut murum praecipitarent, totiens cassati sunt. Indè iterum nostri causa consternationis habita, inter se multum murmurantes quasi aliquid melius alibi egissent conquerantur, cùm post dies aliquot non parum solaminis divina consulente misericordia nobis evenire contigit. Nam decem mauri vespere sub muro ascendentes in scapham contra castrum de Palmella navigantes exeunt. Qui a nostris sub tanta festinatione prosequuti, ut scapha et omnia quae in ea portaverant desperati relinquerent. Imfra quam cartae plurimis transmissae lingua caldea inscriptae repertae sunt. Exemplum unius sicut per interpretem didici hujusmodi erat : «Abbati Machumato Eburensium regi calamitas Lixbonensium, regnum cum salute obtinere. Qantae verò et miserabiles atque inopinatae nobis supervenerint clades, civitatis nostrae desolata vastitas non sine maximo nobilium sanguine luctus nobis heu! heu! monimenta perpetui protestantur. Jam jam ferè secunda lunatio praeterit quod ad *(sic)* francorum classis nostris advecta finibus, celi terraeque marisquè subsidiis infra muri artissimi ambitum inclusos cohercuit. Sed quid in hac miseriarum summa sperandum perambiguum est, nisi solum auri beneficio expectare suppetias. Nobis una cooperantibus et urbem et patriam a barbaris liberatam per vos non ambigimus. Neque enim adeò sunt multi vel pugnaces : turris verò illorum et machinae vi et armis a nobis combustae haec testantur. Sin aliter, caveat providentia vestra, vos enim idem rerum et malorum exitus manet.» Reliquae verò haec eadem a parentibus et cognatis et amicis peccuniarumque debitoribus exorabant. Super hiis etiam hallo, id est deum, pro eis exorare ut saltem suppremos corporum ipsorum spiritus ab illo eternitatis receptaculo quo dilectus suus Machumatus vivit et gloriatur, fraudari non sinat. Significaverunt etiam de panis et ciborum quantitate. Hiis auditis nostri vehementer animis erecti, per dies amplius hostes infestare. Post paululum temporis cadaver cujusdam submersi sub navibus nostris inventum est, brachio cujus carta hujusmodi alligata erat : «Rex Eburensium Lixbonensibus corporum libertatem. Jampridem datis induciis cum rege portugalensium fidem refellere nequeo, ut eum scilicet vel suos bello perturbare velim. De cetero praecavete. Salutem vestram pecuniis vestris redimite, ne sit perniciei causa quae salutis esse debuerat. Valete. Huic nostrò nuntio aliquid impendite boni.» Sic tandem omni suppetiarum spe cassatos, nostri vigilantius excubabant. A castro Suchtrio cum praeda magna pars exercitus nostrae *(sic)* rediit, nam loci natura a congressu castri vel obsidione *os*[1] prohibebat. Dùm

[1] *Verba rasura deleta ad correctionem, quae tamen non apparet.* H.

[1] *Scriptum prius erat* nos : *sed prima littera a rasura periit.* H. — *Fortassè* nos *in* eos *convertere curaretur.*

haec apud nos geruntur, rex omnem exercitum suorum dimisit, exceptis paucissimis militibus et domus suae procuratoribus, venditis victualibus suis vel transmissis apud Sanctam Hyreneam. Solus episcopus Portugalensis semper usque ad urbis deditionem nobiscum remansit. Interim fame perurgente mauros, de pauperibus prout quisque furtim poterat nostris mancipatum se tradebat. Sicque brevi actum est ut eorum acta et consilia parum admodùm nostris celari poterant. Factum est item in una dierum ut quidam ex nostris Tagum apud Elmadam.... pisca.... transirent, erat enim littoris illius harena piscatoribus habilior, et venientes provintiae illius mauri plures occidunt et quinque ex hiis brittones captivos inde transtulere. Indignati igitur indè nostri, consilio ab omnibus utrimque difinito, decretum est ut ducenti milites cum peditibus quingentis Elmadam depredatum mitterentur. Facta igitur hora transeundi, colonenses et flandrenses suos a transitu, invidia vel timore vel qua causa nescio, a nostrorum societate subtraxere. Normanni igitur et angli et qui nobiscum ex nostra parte manebant omnium societate destituti, Saherium de Arcellis militem tricesimum cum centum aut eo amplius peditibus expeditis ad praefinitum transmisere negotium. Qui verò cesis bello amplius quingentis mauris, cum captivis ferè ducentis et capitibus amplius octoginta non sine magna nostrorum leticia et hostium merore eadem qua exierant die victores reversi sunt, uno solùm ex nostris interempto. Capita verò hastilibus infixa cùm a muris conspexissent mauri, rogatum nostros obviam suplices ut capita cesa reciperent exeunt. Quae accepta cum planctu et ululatu multo imfra muros sustulere. Audita est autem per totam noctem vox doloris et ejulatio planctus miserabilis ferè per omnes civitatis partes. Hujus verò ausu facinoris praeclari, hostibus terrori maximo postmodùm semper fuimus. Colonensibus et flandrensibus et portugalensibus honori, libera transmeandi in Elmadam amodo via facta est. Tum verò nostri potius intendentes operi, inter turrem et portam ferream fossam subterraneam ut murum praecipitarent fodere aggrediuntur. Qua comperta, quoniam satis hostibus pervia, post urbem obsessam maximè nostrorum detrimento fuit, multis diebus in defensando frustra consumptis. Insuper duae fundae balearicae a nostris eriguntur: una supra ripam fluminis a nautis trahebatur, altera contra portam ferream a militibus et eorum convictualibus. Hii omnes per centenos divisi, audito signo, exeuntibus primis centenis, alii centeni subintrassent, ut inter decem horarum spatia v milia lapidum jactarentur. Hujusmodi verò actio maximè fatigabat hostes. Iterum normanni et anglici et qui cum eis erant turrim ambulatoriam LXXXIII pedum altitudinis incipiunt. Colonenses iterum et flandrenses ut murum praecipitarent fossam contra murum editioris castri effodere incipiunt, opus admirabile dictu habens aditus quinque. Continuatum verò imfra XL cubitorum latitudinis a fronte, quod imfra mensem consummavere. Interea fames et cadaverum fetor hostes, nam sepeliendum locus imfra urbem deerat, miserabiliter angebat. Sed et sub muris purgamenta quae a navibus proiciebantur undis allata comestum colligebant, unde ridiculum quoddam evenire contigit, ut quidam scilicet flandrenses inter domorum ruinas excubantes ficus comederent, et satiati partem in loco relinquerent. Quo a quattuór mauris comperto quasi aves ad escam clanculo pedetentim advenere. Quo comperto flandrenses hujusmodi reliquias sepius per loca ut eos inescarent dispergebant. Tandem verò in locis consuetis retibus extensis tres ex mauris retibus involutos cepere, quod risui deinceps maximo nobis fuit. Subfossato igitur muro impositaque ignis materia nocte eadem sub gallicantu murus quasi cubitorum triginta solotenus corruit. At verò mauri qui murorum invigilabant excubiis, anxiò clamare auditi sunt ut jam finem laboribus diuturnis imponerent, ipsumque diem supremum et cum morte dividendum fore, et hoc maximum fieri mortis solatium si ipsam non timentes semetipsos pro nostris mutuassent. Nam illuc ire necessario, unde redire non erat necessario *(sic)*. Nam ubique si vita bene finisset non abbreviata diceretur, nam quantum debuisset non quantum potuisset perdurasset, nec quam diù sed quam bene acta foret referret, bonam tantum clausulam imposuissent. Omnes igitur mauri circumquaque ad ruinam muri defendendum confluxere, repagula postium opponentes. Exeuntes igitur colonenses et flandrenses ut experrentur introitum repulsi sunt. Nam licet murus corruisset, loci natura introitum solo proibebat aggere. Sed cùm eos cominùs optinere nequirent impetu sagittarum prae nimio eos eminùs affligebant, ut velut yricii pilis yrsuti immobiliter defendentes ac si nil lesi paterentur viderentur. Defensi sunt itaque ab eis et ab eorum congressu ùsque ad horam diei primam, redeuntibus illis ad castra. Normanni verò atque angli ut sociorum vici suffragarent, armati veniunt, ut jam vulneratis et lassatis hostibus introitum praesumerent. Sed a flandrensium et colonensium ducibus convitiis lacessiti proibiti sunt, rogantes nos ut per machinas nostras quoquomodo fieri posset temptaremus aditum. Nam hoc qui patebat aditum sibi non nobis parasse aiebant. Sic autem per dies aliquot ab introitu omnimodo repelluntur. Tum denique machina nostra compacta, vimineis undique coriisque bovinis ne igne vel saxorum impetu lederetur, imvolvitur. Indictum super haec omnibus per naves ut vineas et tuguria cancellata ex virgis facerent. Dominica itaque subsequenti impositis in defensando necessariis, archyepiscopus ut ipso benedicente promoveretur advocatur. Igitur post orationem et aspersionem aquae benedictae sacerdos quidam sacrosanctam ligni dominici tenens in manibus particulam, sermonem hujusmodi habuit.

«Eia fratres. Certamen impromptu est, fervet opus, urget adversarius: nemo expavescat. Magnum enim fragilitatis humanae solatium, unumquemque angelum sibi delegatum, custodem habere sui et ut hujus custodiae sanctissimae moribus respondeatis beati Pauli doctoris gentium sententia precedat qua ad romanos dicitur: «Reddite omnibus debita, cui honorem, honorem.» Ad hoc enim mihi videtur respicere, honorem debitum scilicet sic reddi, si quod debetur justiciae reddatur, et nichil ex ejus parte injusticiae concedatur. Similiter et veritati si quae sua sunt, ita reddantur, ut nichil ex ejus partibus mendacio relinquatur. Sapientiae quoque et innocentiae bonitatique, ut nichil ex eorum bonis stultitiae vel calliditati vel malitiae permittamus, *quia* (?) quacunque occasione si ea quae vera sunt suppresseritis, non reddidistis honorem debitum justiciae et veritati, sed dehonoravistis justiciam, et contumeliam veritati fecistis, et cum Christus sit justicia et sanctificatio et veritas, si justiciam conculcastis, eritis similes illis qui Christum colaphis ceciderunt, et in faciem ejus conspuerunt, et qui calamo caput ejus percutientes, vertici ejus spineam imposuere coronam, et si ab angeli vestri custodia deviastis, reconciliari studete domino per penitentiam, et unde per inobedientiam lapsi estis illuc per mandatorum dei obedientiam redire satagite. Sed forsan dicetis ad haec: in quo mandata dei sprevimus? Audite quid de vobis Malachias propheta dixerit in eo quod admovistis ad altare panes pollutos et escas ex rapina, et quod tales votivas vestras regi omnium deo obtulistis, quales si principibus vestris obtulissetis, non utique susceptae forent, et in hiis omnibus deum potius irritastis quam placastis. Stultitiae atque insipientiae ultimae est, ut homo deum quoquomodo fallere existimet. Nam hujus mundi sapientia apud deum stulticia est. Sed quia dictum est in malivolam animam non introibit sapientia,

auferte malitiam de medio vestri, quia nichil aliud est male facere quam a disciplina deviare. Sapientiam illam fratres quaerite quae sursum est, non quae super terram, sicut docet apostolus : hanc autem soli mundicordes adipisci queunt, et ut in summae contemplatione sapientiae quae utique animus non est, nam est incommutabilis, aciem mentis figatis, necessè se ipsum animus qui committabilis est intueatur, et sibi ipse animus quodammodo in mentem veniat ut cognoscat se esse non quod deus, sed tamen aliquid quod possit placere post deum. Melior est autem animus cùm pro deo obliviscitur sui, et prae caritate incommutabilis dei se ipsum penitus in comparatione nullius contempnit. Si autem sibi tanquam obvius placet, ut ad perversè deum imitandum sua potestate frui velit, tanto fit minor quanto se majorem fieri cupit, et hoc est initium omnis peccati superbia, et initium superbiae hominis apostatare a deo. Superbiae autem diaboli accessit malivolentissima invidia, ut hanc homini persuaderet per quam se dampnatum sentiebat. Unde factum est ut pena hominem susciperet, emendatoria potius quam interemptoria, ut cui se diabolus ad imitationem superbiae praebuit, ei se dominus ad humilitatis imitationem preberet. Assumpsit itaque filius dei hominem, et in illo humana perpessus est, ut sicut in carne et anima condempnatio fuerat ita in carne et anima salus eterna fieret. Christus ergo post Adam qui factus est sub peccato qui erat sine peccato introducitur, ut hujus passione voluntaria qui invitus fuerat passus curaretur. Sed et inde isti omnium impurissimi nobis calumpniantur mauri, cur dei sapientia hominem aliter liberare non poterat nisi susciperet hominem et nasceretur ex femina et omnia illa a peccatoribus pateretur. Poterat quidem omninò. Si aliter faceret similiter eorum stulticiae displiceret. Si enim non appareret oculis peccatorum lumen eternum, quod per oculos interiores videtur, mentibus inquinatis videri non posset. Nunc autem quia visibiliter nos commonere dignatur, ut invisibilia prepararet, displicet avaris quia non aureum corpus habuit. Displicet impudicis quod ex femina natus est. Displicet superbis quod contumelias patienter tulit. Timidis quia mortuus est, et ut vitia sua videantur defendere, dicunt non in homine sed in dei filio sibi hoc displicere. Filius verò dei ut catholica credit et veneratur ecclesia, hominem assumpsit, ut in eo humana pateretur. Haec est hominum medicina tanta quae quanta sit cogitari non potest. O medicina omnibus consulentem, tumentia comprimentem, tabescentia reficientem, superflua resecantem, necessaria costodientem, perdita reparantem, depravata corrigentem. Quae ergo superbia sanabitur, si humilitate filii dei non sanatur? Quae avaritia, si filii dei paupertate non sanatur? Quae iracundia si filii dei patientia non sanatur? Quae impietas, quae caritate filii dei non sanatur? Postremò quae timiditas sanari potest, si resurrectione ejus non sanetur? Et vos, frates karissimi, Christum sequuti, exules spontanei, qui pauperiem voluntariam suscepistis, audite et intelligite, quia inchoantibus promittitur, sed perseverantibus premium donatur. Sed et hic perseverare nequit, qui adhuc a bonae actionis initio, neggligens vel ignorans oberrat. Ignorans si penitendo resipiscat, vel recognoscat cum lacrimis et gemitu oret cum propheta dicens : «Delicta juvent m. et ig. m. n. m.» Postea ut adicere moreatur cum apostolo : «Misericordiam consequutus sum quod ignorans feci.» Negligentes cum omni diligentia dignos fructus penitentiae agant, ut qui se illicita aliquando perpetrasse meminerit, a licitis abstinere consuescat. Si enim vultis fratres peccata vestra dimittere deum exorato ut ejus gratia vos praeveniat ut desiderium vestrum in bonis suis consummare dignetur. Summo ergo opere in initio conversionis vestrae cavendum est, ne vel ea quae reliquistis adhuc in mentis affectu vestrae cohereant, quia nimirùm in futuro punietur in opere, quod hic malè conscia delitescet in mente. Nolite, fratres, nolite, sperare in iniquitate, et rapinas nolite co...., sed sperate in domino, et dabit vobis petitiones cordis vestri. Reconciliamini iterum deo, et reinduite Christum, ut sitis filii ejus immaculati. Mementote mirabilium domini quae operatus est in vobis, cum jam novo penitentiae abluti baptismate de terra vestra et de cognatione egrederemini, quomodo per aquam nimiam et tempestatum procellas vos illesos transvexerit. Hucque insuper advecti, quo impetu spiritus ducentis suburbium hoc in quo manemus invasimus, quomodo non sine evidenti miraculo captum est ferè absque nostrorum sanguine. Exibete ergo vos iterum ad hoc negotium quales huc advenistis, et secure promitto vobis hostium vestrorum potentias frangere. Non enim ego sed dominus, qui digne petentibus semper annuit et favet, confitentibusque nunquam veniam negare consuevit. Non resistent adversum vos quia nimirùm quos fidei ignorantiae error dehonestat, hos proculdubio ex difficultate actionis cruciatus affligat. Nam ignorantiam cecitas sequitur, difficultatem verò mentis angustia cum molestia corporis comitari solet. Nolite fratres, nolite timere, nolite expavescere, contristari fugite, stupefieri vilipendite, si vos deus noster ab hujus urbis introitu tam longi laboris dispendio excluserit, iccirco profectò in vobis hoc operatus est ut assiduitas laboris continui patientiam in vobis solidaret, eademque solidatae perseverantiae probatiores redderet. Expergiscimini aliquandò fratres et capescite arma. Non enim vobis cum gigantibus pugnandum vel cum laphitis, fures enim et latrones inermes et timidi sunt, quos etiam tot ineptiis stipatos inordinata ipsorum et confusa multitudo praepediet. Eccè fratres, eccè lignum crucis dominicae. Flectentes genua proni in terram decubate. Rea tundite pectora, domini praestolantes auxilium : veniet enim veniet. Videbitis auxilium domini super vos. Adorate dominum Christum qui in hoc salutiferae crucis ligno manus expandit et pedes in vestram salutem et gloriam, in hoc vexillo, solùm non hesitetis, vincetis. Quia si quem hoc insignitum mori contigerit, sibi vita tolli non credimus, sed in melius mutari non ambigimus. Hic ergo vivere gloria est, et mori lucrum. Ego verò ipse fratres in tribulationibus et laboribus vestris particeps praemiorumque vestrorum socius sicut vobis spondeo mihi fieri opto. Deo opitulante in hac machina hujus ligni sacrosancti custos et comes inseparabilis vita comite vobiscum manebo. Certus quia nec fames neque gladius neque tribulatio neque angustia nos a Christo separabit. Et profectò securi de victoria hostes invadite, quibus victoriae praemia sunt gloria sempiterna. Paulus verò judeorum advocatus, et magister noster qui ex gentibus ad fidem venimus, pro vobis etiam orare audet ultra quam fas est pro fratribus suis secundum carnem. Vestris precibus juvantibus opto ut simile aliquid pro vobis audeam dicere. Nam ultra mandatum dei nititur, qui proximos non sicut se sed plusquam se diligit. Denique etiam se abjecto nos pro se induci orat ad Christum. O, singularem mentis magnificentiam! O, celestem spiritus calorem, extra pietatem ut ita dicam pro pietate fieri cupit, dum anathema optat a Christo tantum ut isti salvi fiant. Deus pacis et dilectionis qui facit utraque unum et nos invicem tradidit nobis : qui elevat de terra inopem et de s. e. pauperem. Qui elegit David servum suum et sus. cum de g. o. cum esset junior in filiis Jesse. Qui dat verbum evangelizantibus virtute multa ad perfectionem praedicationis suae et exhibitionem operis sui tenens manus nostras in voluntate sua nos dirigat, et cum gloria nos assumat, ipse regentes regat, ut possimus gregem ejus cum disciplina et non in vasis pastoris imperiti. Ipse virtutem et fortitudinem populo suo praestet : ipseque sibi mundum et candidum gregem at-

que in omnibus immaculatum, ac supernis ovilibus dignum exhibeat, ubi est habitatio letantium, in splendoribus sanctorum, ut in templo ejus omnes dicamus gloriam grex et pastores Jhesu Christo domino nostro cui est gloria in secula seculorum, amen.»

Ad hanc vocem ceciderunt omnes proni cum gemitu et lacrimis in facies suas. Itemque ad jussum sacerdotis omnes erecti, venerabili crucis dominicae signo, in nomine patris et filii et spiritus sancti consignati sunt. Sicque demùm, cum magna voce dei postulantes auxilium quasi cubitis xv machinam contra murum appropinquavere. Ibi quidam nostrorum a muris percussus jactu fundae interiit. Item in crastino contra turrim quae est in angulo civitatis contra fluvium machina deducitur. Ad quam autem hostes omnia suae defensionis praesidia comportaverant. Quo comperto, eorum praemeditata facilè cassantur. Nam nostri machinam contra fluvium ad dextram declinantes, turrim quasi cubitis viginti practerierunt juxta murum ferè ad portam ferream quae *murum* (?) respicit[1]. Ibique balistae et archiferi nostri a turri praedicta hostes fugaverunt, non valentes impetum sagittarum ferre, nam a parte posteriori quae urbem respicit turris patebat. Hostibus autem a turri et a muro machinae vicino nostrae turbatis, nocte superveniente paululùm quievimus, redeuntibus omnibus ad castra, relictis in ejus custodia ex nostris centum militibus et ex gallecianis c. cum archiferis et balistis et juvenibus aliquot expeditis. Prima igitur noctis vigilia maris alluvio machinam circumfluens exeundi vel commeandi nostris prohibebat viam. Comperto autem a mauris quod nos maris refluvium seclusisset in duas cohortes per portam praedictam machinam pedetenùs invasere. Caeteri autem super muros incredibilis multitudinis admota lignorum materia cum pico et lino et oleo et omnimodis ignium fomentis, machinae nostrae iniciunt. Alii verò super nos saxorum intolerabilem proiciebant grandinem. Habebatur autem sub alis machinae inter ipsam et murum tugurium vimineum quod vulgo cattus waliscus dicitur, in quo septem de provintia Gipeswicensi commanebant juvenes, qui illud semper post machinam conduxerant. Sub hoc autem cum hiis qui infra erant quidam nostrorum frustratim ignium materias quantum poterant concidebant. Ceteri verò offossis sub machina scrobibus in eisque manentes globos ignium distraebant. Alii in superioribus tabulatis per foramina coria desuper tensa irrigabant. In quibus caudarum scope forinsecùs in ordine dependentes totam irrigabant machinam. Ceteri verò instructi in aciem a porta progressis viriliter restiterunt. Defensa est itaque ea nocte labore admirabili paucis ex nostris deo protegente admodum lesis, maurorum verò parte maxima cominùs eminùsque cesa. Mane autem facto, machina nostra maris alluvione iterùm secluditur. Convenientes iterùm mauri alii per portam in nostros proruunt; quo congressu rector de galeata regis percussus interiit. Alii a muris saxorum turbine nostros concutiunt, admotis super haec fundis balearicis. Supermurales verò scaphas incentivis ignium repletas machinae nostrae VIII solum pedibus a muro distanti *(sic)* iniciunt, ut dictu difficillimum sit quantis laboribus, sudoribusque, verberibus et plagis innumeris maximam diei partem protraxerint, omni sociorum auxilio destituti. Ibi verò artifex noster saxo crure lesus omni nos sui spe solatii destituit. Galletiani quoque cum se mari circumdatos conspexissent, vel vulnerati vel vulneratis similes, quidam armis projectis, quidam armati turpiter legentes vadum consuluere fugae, exceptis solum sex ex eorum numero. Tum demùm refluente mari hostes lassati conflictum dimittunt, omni bona spe in perpetuum destituti. Milites verò nostri et qui in machinae custodia fuerant electi, exeuntes, alios vice eorum suffraganeos priùs introduxerunt, cum illam duobus diebus et nocte una nunquam armis depositis agonia ferè intolerabili defendissent. Hora autem quasi decima mari retrahente nostri in harena conveniunt, ut machinam modo pedibus solum quattuor adicerent ut sic facilius pontem elicerent. Ad hanc igitur muri defensionem omnes circumquaque mauri conveniunt. Sed cum pontem quasi duorum cubitorum emissum viderent, et jam penè fieri nobis introeuntibus, ut nec vita reliqui victis foret, voce magna conclamantes nobis videntibus arma deponunt, manus submittunt, inducias vel usque mane supliciter postulantes. Advocato itaque Frinando Captivo ex parte regis, Herveo de Glanvilla ex nostris partibus, datae sunt induciae, acceptis indè obsidibus quinque ne machinas nostras noctu impedirent, vel sibi aliquid interim nostri detrimento repararent, noctuque insuper deliberandum ut in crastino civitatem nobis traderent, si sic apud eos deliberatum foret : sin aliter armis experiri cetera. Frinandus verò Captivus et Herveus de Glanvilla cùm jam ferè esset noctis vigilia prima acceptis obsidibus eos regi tradunt, quod ferè maximum discordiae seminarium fuerat, quod non nostris eos tradidissent, nam existimabant prodicionem per hos a rege, nam moris sui erat, velle fieri, Frinandum Captivum et Herveum de Glanvilla in hoc succensentes. Summo igitur mane convocatis colonensibus et flandrensibus, constabularii nostri una cum senioribus castra regis adeunt, auditum quid veteratores illi sibi deliberassent. Interrogati, urbem regi tradendam, aurum et argentum ceterasque omnes civium facultates in manibus nostris dandum favent. Ad haec responsuri nostri exeunt. Fremit igitur et tabescit hostis antiquus, jure pristino nunc demùm spoliandus. Vasa iniquitatis suae in omnes et per omnes excitat. Cujus adeò malitiae virus invaluit, ut vix aut nullatenus alter alteri assensum per diem praebuerit, invicem discindentes. Nam cùm jam ferè ad introitum portarum ventum, nisi suae propiciationis dexteram deus noster opposuisset concordia lesa foret. Ea namque bonitatis suae clementia ab initio societatis nostrae semper erga nos usus est, ut cum multis et intractabilibus discidiorum causis etiam duces nostri moderaminis sui gubernacula desperati relinquerent, tum denique spiritus sancti inspirans favonius quasi quodam solis meridiani vibraculo caliginosae nubis intemperiem reverberans, concordiae recurrentis gratiorem nexum conficeret. Cùm igitur in consilio nostrae responsionis essemus nautae nostri cum sibi similibus fatuis conspiratione facta per quandam sacerdotem bristowensem sacrilegum in harena convenere. Erat autem hic moribus pessimis ut postmodum eo latrociniis deprelenso cognovimus. Qui ab humili sermone paululùm incitari ut ad vociferationem usque pertransirent incepere. Indignum ferentes tot et tantos domi militiaeque praeclaros ditioni senatuique paucorum subjacere, quibus potius super hiis negotiis consulto opus non fore sed impetu. Quippò qui praeveniente spiritu huc advecti quicquid agerent ejus impetu optimè fieri. Nil penes primates suos neque consilium neque ceptum usquam nisi frustra fuit. Nam illis absentibus suburbium captum est. Hiisdem nescientibus Elmada subacta : si hoc ut deceret veherentur impetu, jampridem urbem recepisse vel aliquid lucri majus egisse aiebant. Sed quid de hujusmodi injuriosis dicemus, nisi vim quandam malis moribus insitam naturaliter ut paucorum scelus multitudinis innocentiam devenustet, cum e diverso bonorum raritas flagitia multorum excusare nequeat si velit? Sed quis non exacerbescat cùm virtutum sincerita-

1 *Scriptum fuisse murum manifeste apparet ; sed hujus verbi pars nunc rasa videtur.* H. — *Litterarum species, quarum Cl. Hamiltonius fac-simile apposuit, in hoc Ms. loco, nos credere suadent, in animo tunc fuisse consilium substituendi,* vel nostra (castra), *vel* mare. *Impossibile est legere haec verba :* Porta quae murum respicit.

tem vitiorum[1] criminatione sordidari videatur? Quid velint quidve nolint, nec in bonis quid placeat nec in malis quid displiceat discernentes nesciant. Si humilem viderint, abjectum vocant. Si erectum, superbire censent. Si minus instructum, propter imperitiam irridendum credunt. Si aliquatenus doctum, propter scientiam dicunt inflatum. Si severum, horrent tanquam crudelem. Si indulgentem, facilitate culpant. Si simplicem, ut brutum despiciunt. Si acrem, vitant ut callidum. Si diligentem, supersticiosum decernunt. Si remissum, neggligentem judicant: si sollertem, cupidum. Si quietum, ignavum pronuntiant. Si abstemium, avarum praedicant. Si prandendo pascatur, edacem dampnant. Si pascendo jejunantem, vanum loquuntur. Liberum pro improbo condempnant: vereùmdum pro rustico. Rigidos ab austeritate caros non habent. Blandi apud eos communione vilescunt; ac si utrolibet genere vivatur, semper tamen bonarum partium mores, pungentibus maledictorum linguis bicipitibus hamis muncabuntur. Hujus igitur tumultus eruptio in Herveum de Glanvilla delata est, qui non sibi sed regi obsides tradisset, simulque quosdam ex ipsis quasi degeneres *exptes* (?) urbis peccuniarum abjudicasset. De quibus ampliùs quadrigentis ex castris proruentes circumquaque armati perscrutantur, licet eum absentem noverint, voce magna clamantes: «Tollatur impius. Puniatur proditor.» Hoc itaque comperto cùm castris interessemus regis, a quibusdam senioribus nostrorum obviam itum est, compescendum eorum vehementiae initia. Hiis retroactis ad ea quae superius responsuri convenimus. Obsides verò comperto quod inter se nostri contentioso egissent, orationis primae verba retractantes dissimulant. Regi verò et suis omnia nobis superius promissa vel praedicta, velle facere et tenere aiebant: nostris, nec pro morte quicquam; nam impuros, infidos, impios, crudeles, qui nec dominis suis etiam parcere nossent. Quae res nostros maximo pudore suffudit. Iterùm cum rege in concilio ventum est, maxima diei parte sic consumpta. Aqquieverunt tandem in hoc obsides, ut si eorum Alcaiz una cum genero suo omnibus facultatibus suis liberè potiretur, concivesque cuncti cibariis suis fore uti, civitas traderetur nobis. Sin autem armis experiri cetera. Normanni quoque et angli quibus bellorum casus gravissimo oneri fuerat, longa fatigati obsidione concedi oportere aiebant, honestumque nec peccuniam vel cibaria *koriori* (?) urbis capescendae praeponendum. Colonenses verò et flandrenses, quibus semper habendi innata cupiditas, longi itineris dispendia suorumque interitum, multumque itineris superesse commemorantes, nil reliqui fieri posse hostibus decernebant. In hoc tandem luctamine adducti, ut omnes facultates suae et cibaria soli alcaiae donarentur, sola ejus arabica jumentina excepta, quae ut sibi aliquo extorqueret argumento comes de Arescot concupierat. In hoc demùm eorum fixa sententia stetit, nostris quam indignè ferentibus. Nocte dirimente concilium obsides in sententia sua perseverant, francis ad utrumlibet se habentibus, pacem vel bellum scilicet. In crastino autem urbis aditum ferro experiendum decreverunt reversis omnibus ad castra. Cùm interim colonenses et flandrenses indignati quod rex obsidibus ut videbatur favisset, ex castris armati proruunt, ut obsides a castris regis vindicandum in eos violenter eriperent. Tumultus atque armorum strepitus fit undique. Nos verò cùm in meditullio inter regis et eorum castra adhuc colloquentes expectaremus, quae parabantur regi nuntiamus. Christianus verò dux Flandrensium et comes de Arescot eorum tumultu comperto, vix etiam armati eorum inceptum compescunt. Dein conciliatu pro suis sedato tumultu regem adeunt, protestantes hujus actionis immunes se fore. Accepta itaque ab eis securitate, tandem animo recepto, jubet suos arma deponere. Obsidionem relicturum in crastinum se multum asserens sed et honestatem urbi capescendae non postposuisse, imo pro nichilo omnia ducere si ea caruisset aiebat. Verumptamen hiis affectum injuriis, hominibus impuris, audacissimis, quodlibet ausuris, ultra associari nolle. Recepto vix tandem animo ut quid in crastino vellet deliberaret, aqquievit. Deliberatum est itaque in crastino ut omnes utrimque duces nostri pro se et suis fidelitatem regi tenendam facerent, dùm in terra sua morarentur. Hiis ita utrimque firmatis, sicut pridiè poposcerant mauri, concessum est de urbe tradenda. Decretum est itaque inter nos ut centum XL armatorum ex nostris partibus, et centum LX ex colonensibus et flandrensibus, civitatem prae omnibus ingrederentur, atque munimentum superioris castri in pace tenerent, ut in ipso hostes peccunias et facultates suas omnes juramento probatas coram nostris deferrent, et hiis ita coadunatis urbem postea a nostris perscrutari, si quid ampliùs allati penes aliquos inventum f...... in cujus penatibus fuerit, dominum ipsius capite *plectendum*, et hoc modo omnes spoliatos extra urbem in pace dimittendos. Aperta itaque porta et ad hoc delectis data intrandi copia, colonenses et flandrenses argumentum fallendi callidum excogitantes, ut sui honoris causa praeintrarent a nostris impetrarunt. Accepta itaque hujusmodi licentia et praeintrandi occasione, amplius ducentis ex eis cum denominatis supra subintrant, exceptis aliis quos jam per muri ruinam quae ex eorum patebat partibus intromiserant, nullo nostrorum nisi denominatis praesumente aditum. Praecedente itaque archiepiscopo et coepiscopis cum dominicae crucis vexillo duces nostri una cum rege et qui ad haec fuerant delecti, subintrant. O quanta omnium leticia! o quanta omnium specialis gloria! O quanta prae gaudio et pietate lacrimarum affluentia, cùm ad laudem et honorem dei et sanctissimae virginis Mariae crucis salutiferae vexillum in summa arce positum subactae in signum urbis ab omnibus videretur, praecinente archyepiscopo et episcopis cum clero et omnibus non sine lacrimis admirabili iubilo «te deum laudamus» cum «asperges me» et orationibus devotis. Rex interim muros editioris castri pedes circuit. Colonenses igitur et flandrenses visis in urbe tot adminiculis cupiditatis, nullam jurisjurandi vel fidei religionem observant: hinc, illinc discurrunt, praedas agunt, fores effringunt, penetralia cujusque domus rimantur, cives proturbant, et contra jus et fas contumeliis afficiunt, vasa vestesque dissipant, in virgines contumeliosè agunt, fas et nefas equipendunt, furtim omnia distraunt quae fieri omnibus communia debuerant. Episcopum verò civitatis antiquissimum praeciso jugulo contra jus et fas occidunt. Ipsumque civitatis alcaiz asportatis omnibus a domo sua capiunt. Jumentinam suam, de qua superius, ipse comes de Arescot propriis manibus arripuit, eamque requisitus a rege et ab omnibus nostris in tanta obstinatione retinuit, ut diceret ipse alcaiz quod jumentina sua sanguinem migturiens pullum perdidisset, actionis obscenae callidè imprimens vitium. Normanni verò atque angli quibus fides et religio maximo constabat, contemplantes quid hujusmodi portenderet actio, in loco denominato quieti sedebant, malentes observare manus ab omni rapina quam fidei et societatis conjuratae statuta violare, quae res comitem de Arescot et Christianum et eorum primarios maximo pudore suffudit quorum jam evidenter jurejurando postposito nostris non permixta patebat cupiditas. Sed tandem in se reversi, precibus obnixis apud nostros impetraverunt, ut reliquas urbis partes nostri pariter cum suis pacificè ad partes adunarent, ut sic denique post portiones acceptas omnium, injurias et subreptiones in pace discu-

[1] *Ad marginem*: cùm... H.

ti, ut, emendatum parati quod malè praesumpsissent. Despoliatis igitur in urbe hostibus a primo sabati mane per tres portas usque ad quartam feriam subsequentem indesinenter exeuntes, visi sunt tanta gentium multitudo ac si tota in ea Hyspania confluxisset. Compertum est deinceps magnae admirationis miraculum, quod ante urbis captionem per dies quindecim hostium cibaria fetore intolerabili ingustabilia sibi facta, quae postmodùm nobis et ipsis grata acceptaque gustavimus. Spoliata igitur civitate, inventa sunt in fossis admodùm VIII milia summarum tritici et ordei, olei autem admodùm XII milia sextariorum. De ritu et eorum religione quae supradiximus oculis postmodùm vidimus. Nam in eorum templum *(sic)* quod VII columpnarum ordinibus cùm tot cumalis in altum consurgit, mortuorum cadavera fermè ducenta exceptis languidis amplius octingentis, cum omni squalore et feditate sua in eo manentibus inventa sunt. Capta verò urbe cum eam XVII epdomadibus obsedissemus suctrienses[1] data munitione sui castri regi se dedere. Castrum verò de Palmella a custodibus relictum, a rege vacuum suscipitur. Receptis igitur circumquaque munitionibus civitati pertinentibus, magnificatum est francorum nomen per universas Hyspaniae partes, irruitque timor super mauros quibus verbum hujus actionis divulgabatur. Electus est subindè ad sedem pontificatus ex nostris Gislebertus hastingensis, rege, archyepiscopo, coepiscopis, clericis, laicis omnibus electioni ejus assensum praebentibus. Die verò qua omnium memoria sanctorum celebratur, ad laudem et honorem nominis Christi et sanctissimae ejus genitricis purificatum est templum ab archiepiscopo et coepiscopis IIII.^or^ et reparatur inibi sedes episcopatus, cum hiis castris et vicis subscriptis: trans Tagum, castro Alcacer, castro de Palmella, Elmada provintia: citra Tagum, castro Suchtrio, castro Scalaphio, castro Lora. Sunt autem termini ejus ab Alcacer castro usque ad castrum Lora, et a mari occidentali usque civitatem Eburensem. Subsequuta est deinceps tanta maurorum lues ut per heremi vastitates, per vineas et per vicos et plateas domorumque ruinas innumera cadaverum milia feris avibusque jacerent exposita, exanguibusque similes vivi super terram gradirentur, signumque crucis supliciter amplectentes deoscularentur, beatamque dei matrem Mariam bonam praedicarent, ut ad omnes actus vel sermones, etiam in extremis agentes, Mariam bonam, bonam Mariam intermiscerent, miserabiliterque reclamarent. Et quid aliud nobis haec intuentibus videri potest nisi illud Ysayae vaticinium impletum in nobis cum gaudio, quo dicitur: «Et frenum erroris quod erat in maxillis populorum versum est in canticum factae solempnitatis.» Recolentes igitur nos tales fuisse gratias agamus creatori quod a servitio creaturae colla mentis excussimus. Nam dùm freno erroris maxillas constricti laudem confessionis deo dare nesciebamus, ergò dùm confessionis laudem deo reddimus in sanctificata sollempnitate gaudemus. Respondeamus ergò moribus tantae misericordiae redemptoris nostri, et quod lucem cognovimus, pravorum operum tenebras declinemus, praedicantes magnalia dei quae operari dignatus est in nobis. Tradidit enim deus noster crucis adversarios in manibus nostris. Severissima namque super eos ultio divina adeò incumbunt *(sic)*, ut dùm urbem destructam, castrumque eversum, agros depopulatos, terram *eorum*[2] in solitudinem redactam, nullum in agris incolam, luctus gemitusque eorum conspicimus, vicis eorum et eventus malorum misereri libeat, consolarique et compati eorum infirmitatibus, et quod nondùm finem habeant flagella coelestis justiciae, certè quod nec inter nos christianos etiam correctae sunt inter flagella actionis culpae. Dolendum et gaudendum est. Nam cùm perversos quosque deus omnipotens percutit, pereuntium miseriae condolendum, et justiciae judicis congaudendum. Ergo nostrum quisque semetipsum districtè dijudicans, divina consideret judicia, non solùm ad vindictam malorum sed ad eruditionem bonorum facta .b. Non autem in justificationibus nostris hostes prostravimus, sed in miseratione dei multa .a. Donis quosdam reficiens, alios flagellis erudiens. Mentem ergò nostram donorum abundantia non elevet, nec nos habere quod alteri deest jactemus; nec hostium miseriam gloriam nostram existimemus, quos forsan miseria trahet ad gloria *(sic)*. Nos autem elatio ad miseriam, quos enim vult deus indurat, et quos vult ad misericordiam provehit, ut in Job dicitur: «Ipso concedente pacem quis est qui condempnet? Ex quo absconderit vultum suum quis est qui contempletur eum?» Nemo ergò discutiat cur stantibus nobis christianis gentilitas haec infirmitate succubuerit. Nemo discutiat cur alius venustetur ex dono, alter affligatur ex merito. Si enim miretur quis nos christianos veneratos, ipso concedente pacem, quis est qui condempnet? Si hostes comsumptos obstupescit vel afflictos, ex quo absconderit vultum suum, quis contempletur eum? Itaque consilium summae et occultae virtutis sit satisfactio apertae rationis. Undè in evangelio dominus cum de hujusmodi causa loqueretur, ait: «Confiteor tibi domine pater c. et t. quia a. e. s. et p. et r. e. p.» Atque mox tamquam rationem quandam absconsionis ac revelationis adjungens ait: «Ita pater, quoniam sic placitum fuit ante te». Quibus nimirum verbis exempla humilitatis accipimus, ne temere superna consilia discutiamus, de aliorum electione, et aliorum depressione. Videntes ergò sed non intelligentes divinae animadversionis judicium hostibus inculcatum conscientiae nostrae immunditiam atque imparitatem consideremus, et cum timore et angustia spiritus dicamus deo: «Parce jam domine, parce operi manuum tuarum. Quiescant domine opera irae tuae. Cesset jam manus tua: sufficit domine. Jam verò jam satis est quod hucusque adversus hos pro nobis decertasti. Sed convertatur potiùs si fieri potest luctus eorum in gaudium, ut cognoscant te solum deum vivum et verum et quoniam misisti Jhesum Christum filium tuum, qui vivis et regnas per omnia secula seculorum. Amen.

[1] *Suchtrii (Sintriae) incolae.*

[2] *Vestigia hujus verbi dubia et fermè non legibilia.*

II

EPISTOLA ARNULFI AD MILONEM EPISCOPUM MORINENSEM

Miloni venerabili Tarvanensi episcopo, Arnulfus Dei gratia id quod est spiritum sapientiae subditis providere.

Scimus murum virtutum vestrarum turrim humilitatis adeo munisse, ut hostis ille antiquus longius arceatur, quod experimento didicimus, quando nobis sanctitas vestra condescendit, et navales motus sacratissima benedictione dexterae vestrae circumsepsit, ut nec procellarum motu turbaremur, nec flaminum. Quapropter nos positi in valle lacrymarum in compendio vestrae paternitati transcribimus, quem rex regum tyrunculis suis fecerit statum. In Angliae portu qui *Tredemunde*[1] dicitur, undique terrarum divino flamine compulsus convenit navalis exercitus. In VI. feria ante rogationes navigavimus cum ducentis fere navibus, et continuos septem dies et noctes in alto mari laborantes, in vigilia Ascensionis et in ipsa die solemni saevissima tempestate quassati, octavo demum die in portum Hispaniae qui *Gollim*[2] dicitur cum quinquaginta fere navibus, ceteris circumquaque dispersis, appulimus, ubi per triduum fessa corpora curantes, rursum in portum qui *Viver* dicitur venimus. Inde exeuntes VI. feria ante Pentecosten, in portum Galliciae qui *Fambre* dicitur appulimus, qui portus a sancto Jacobo octo milliaribus distat. Ad cujus venerabile sepulcrum in vigilia Pentecostes venientes, sanctam solemnitatem cum magna hilaritate celebravimus. Unde ad portum revertentes in octavis Pentecostes navigavimus. Secunda feria ad Portugalim per alveum fluminis qui Dorius dicitur applicuimus, ubi episcopum civitatis ejusdem adventum nostrum cum magno gaudio juxta praeceptum regis praestolantem reperimus. Ubi per dies XI adventum comitis Arnoldi de Ardescot[3], necnon Christiani constabularii, qui a nobis praedicta tempestate divisi erant expectantes, aequam venditionem tam vini quam ceterarum delitiarum ex benevolentia regis habuimus. Exinde comite Arnaldo simulque constabulario receptis, navigantes, et alveum fluminis qui Tangus dicitur intrantes, secunda die apud Ulixisbonam in vigilia apostolorum Petri et Pauli appulimus. Quae civitas, sicut tradunt historiae Sarracenorum, ab Ulixe post excidium Trojae condita, mirabili structura tam murorum quam turrium super montem humanis viribus insuperabilis, fundata est : circa quam figentes tentoria Kalendis Julii, suburbana ejus, divina virtute adjuti, cepimus. Post haec assultus varios circa muros non sine magno nostrorum et illorum detrimento facientes, usque ad Kalendas Augusti in machinis faciendis tempus protraximus. Siquidem duas turres juxta littus, unam in Orientali parte, ubi Flandrigenae consederant, alteram in Occidentali, ubi Angli castra locaverant, magno sumptu construximus. Pontes etiam quatuor in navibus, sex per quos nobis aditus super urbis muros paterent, construximus. Haec in inventione beati Stephani protomartyris admoventes, vento contrario repulsi, necnon et magnellis[1] quodammodo laesi, naves retraximus. Deinde nobis ex nostra parte pugnantibus cum Sarracenis, Anglici minus caute suam turrim custodientes, hanc ex improviso igne succensam extinguere non potuerunt. Interim nos quadam machina murum effodere coepimus. Quod videntes Sarraceni, igne oleo admixto, eamdem machinam in favillam redegerunt, magistrum etiam machinae in fractura muri lapidaverunt. Praeterea mortes innumeras tam magnellis, quam sagittis nostris inferentes, ipsi quoque a nostris puniti sunt. Nostri de fractura machinarum et suorum contritione, aliquantisper fracti, in misericordia Dei sperantes, ingenia et machinas reparare coeperunt. Interea Sarraceni civitatis, qui alimentis abundabant, suis concivibus egentibus alimenta adeo subtrahebant, ut quamplurimi eorum fame morerentur, quidam autem eorum canes et cattos non abhorrebant devorare. Horum pars plurima Christianis se obtulit, et baptismi sacramenta suscepit. Quidam autem illorum, truncatis manibus ad murum remissi, a suis concivibus lapidati sunt. Multa nobis adversa seu prospera secundum quod varius eventus est belli, acciderunt, quae propter prolixitatem vitandam silentio transivimus. Et si qui forte sunt, qui ea latius explicent, reservamus. Tandem quidam Pisanus natione vir magnae industriae, circa nativitatem sanctae Mariae turrem ligneam mirae altitudinis in ea parte qua prius Anglorum turris destructa fuerat coaptavit, et opus laudabile tam ex regio sumtu, quam ex totius exercitus labore circa medium Octobris consummavit. Similiter quidam sub muro civitatis ingentes cavationes suo ingenio et multorum auxilio fecit, quod Sarraceni moleste ferentes, in festo sancti Michaëlis circa horam tertiam latenter exeuntes, nobiscum usque ad vesperam super foveam pugnam continuabant. Nos autem, sagittariis eis oppositis, vias per quas redire sperabant, adeo vallavimus, ut vel nullus, vel vix aliquis eorum sine plaga evaderet. Hinc nostri die noctuque laborantes, opus subterraneum lignis levigatis impletum eadem die consummaverunt, qua rex cum Anglicis muris turrem suam applicabat. Siquidem in ipsa nocte sancti Galli abbatis, igne fossae imposito, lignisque ardentibus, corruit murus spatio ducentorum pedum. Nostri de tanta ruina somno expergefacti, sumtis armis, cum magno clamore assiliebant, sperantes vigiles custodes murorum fugisse. Ad ruinam autem cum venissent, mons aditu difficilis supereminebat, et turba Sarracenorum parata stabat in defensione. Nihilominus autem nostri assiliebant, nec a pugna media nocte inchoata usque ad diei horam nonam cessabant. Tandem variis percussionibus attriti, pugnae se subtrahebant, quousque communicatio turris admoveretur[2], et sic Sarracenorum populus hinc inde vexaretur. Et ecce turris viris

[1] *Al.* Tredemude
[2] *Al.* Gozzem
[3] *Al.* Arnulfi de Areschot

[1] *Al.* Maganellis
[2] *Al.* amoveretur

bellicosis impleta muro supereminebat. Eadem hora exercitus nostrae partis, Lotharingis ad fracturam murorum inditio pugnantibus, Sarracenos mirabili assultu impetebant. Interim milites regis, qui in arce turris pugnabant, magnellis Sarracenorum territi, minus viriliter pugnabant, usque adeo quod Sarraceni exeuntes turrim concremassent, siquidem de nostris, qui casu ad eos venerant, non obstitissent. Haec[1] periculi fama cum ad nostras venisset aures, meliores exercitus nostrae partis ad defendendam turrim, ne nostra spes in ea adnullaretur, transmissimus. Videntes autem Sarraceni Lotharingos et Flamingos tanto fervore in arcem turris ascendentes, tanta formidine territi sunt, ut arma submitterent, et dextrás sibi in signum pacis dari peterent. Unde factum est ut Alchaida princeps eorum, hoc pacto nobiscum conveniret, ut noster exercitus omnem suppellectilem eorum cum auro et argento acciperet, rex autem civitatem cum nudis Sarracenis et tota terra optineret. Consummata est autem haec divina non humana victoria in ducentis millibus et quingentis viris Sarracenorum in festo undecim millium virginum. Unde nomen ejus glorificamus, in quo et per quem omnia, qui est benedictus in saecula. Sciatis itaque quorumdam fratrum nostrorum corpora variis occisionibus extincta apud Ulixisbonam sepulta esse. Hujus pacis testes sunt quidam quos divina clementia mutos a nativitate loqui fecit, unum in festo S. Gerenos sociorumque ejus atque secundum a somno excitavit, et ad sepulcrum martyrum, sicut ei visum est, manu splendidissimi viri perduxit, ibique in extasi prostravit et vinculum linguae solvit. Similiter et alium quemdam ejusdem clementiae gratia ibidem festo omnium sanctorum loquentem audivimus et laudantem eum qui est mirabilis in sanctis suis. Valete.

III

CHRONICA DA FUNDAÇÃO DO MOESTEIRO DE SÃO VICENTE DE LIXBOA PELLO INUICTISSIMO E CHRISTIANISSIMO DOM AFONSO HENRRIQUEZ, I.º REI DE PORTUGAL : E COMO TOMOU A DITA ÇIDADE AOS MOUROS

In nomine patris qui mundum creavit et filii qui mundum redemit et spiritus sancti qui mundum illuminavit. Todo verdadeiro christão filho da sancta egreja, que certo quiser seer em como a cidade de Lisboa foi filhada e tirada de poder dos enmiigos da sancta fé catholica, que son chamados filhos et servos de Mafomede, e da sua seita diabolica, de que elles fazem cada dia memoria na mezquita, que he chamada casa de perdiçom; outrosi podem seer certos os filhos da sancta fé catholica, et da nossa madre sancta egreja, como dito he, na qual se faz cada dia memoria de salvaçom aos filhos da fonte do sancto bautismo, em como foi edificada a sancta casa, e o asentamento do mosteiro de Sam Vicente de Fóra, que he apar da dita cidade, lea esta estoria que per verdadeira scretura he scrita nos livros do dito mosteiro. A qual estoria aqui he tornada em lingoajem, tirada da dita scritura, pera saberem os que a leer ouuirem et serem certos da filhada da dita cidade, e do asentamento do dito mosteiro, e outrosi dos sanctos martyres que em el son sepultados.

Prohemio

Depois que a terra foi tomada, e a cidade de Lixboa em poder dos christãos, e leuantado em ella o nome de Jesu Christo, e firmada a fé catholica, era na dita cidade hum homem boom, que auia nome Fernam Pirez, e era caualleiro de boom entendimento, e teudo com deus, e tinha sempre na dita cidade logo julgauil por elrey, e regedor dos cidadãos maiores e dos meores, mantedor de dereito e de justiça. E em esse tempo era na dita cidade outro homem boom religioso, e de sancta vida, e da geeraçom dos Contomeos, os quaes forom na filhada da dita cidade : e este auia nome Otha, e acordauase mui bem da filhada da dita cidade, e do fundamento do dito mosteiro de Sam Vicente, em como fora edificado. E estes dous homeens boos polo seu sancto acordo do que virom no seu tempo, e outrosi do que ouuirom a seus antecessores de como fora o começo da filhada da dita cidade, e fundamento do dito mosteiro, e per ajuda que auião da virtude de deus, e dèsi seu acordo, e per são e verdadeiro entender escreuerom esta estoria que adiante he escrita, tornada de latim em linguajem, como já de suso dito he. A qual se começa assi.

Do cerco que elrei dom Afonso Anriquez pôs sobre Lisboa, e como a tomou aos mouros

Cap. I

Na era de mil e cento e quarenta e sete annos, elrey dom Afonso de Portugal, verdadeiro christão, filho do conde dom Henrique e da rainha dona Tareyja, persiguidor e destruidor dos enmiigos da fé de Jesu Christo, e *(sic)* auia grão vontade de destruir a mizquita de Mafomede e de leuantar a sancta cruz de nosso senhor Jesu Christo e a vitoria da sancta egreja de Roma. Este rey dom Afonso reinou de XVIII annos, e conquistou toda a estremadura

[1] Al. Hujus.

dês Coimbra em diante, de guisa que os mouros nom ouuerom colheita nenhuma na Estremadura, saluo Lisboa; e quando veeo á idade de quarenta annos apanhou todas suas companhas verdadeiros christãaos e veose deitar sobre Lisboa, e cercouha toda em redor no mes de junho, de guisa que os mouros nom podião entrar nem sair d'acerca da dita cidade. E mandou poer suas tendas e de toda sua hoste arredor da cidade, e tragia suas gentes em tal maneira, assi cauallaria, como as outras companhas que com el vinhão, todos auião gram talanto de pelejar com os mouros, e pera verterem o seu sangue em fé e em nome da paixom do filho de Deos, e eram mui fortes em armas, comettendo cada dia guerra mui afficada contra os mouros. E foi fama e voz per toda a terra que elrey dom Afonso de Portugal jazia sobre Lisboa e que cada dia com as companhas dos christãaos que com el estauam fazia grandes batalhas com os mouros. Entom os christãos do senhorio de França e de Bretanha e de Quitania, e as nações dos Gontonicos, veendo elles que era grande seruiço de Deos e saluaçom das almas dos christãaos o que elrey dom Afonso de Portugal fazia, ouueromlhe enueja, e quiserom ser partecipantes em tal guerra come esta, porque tal enueja como dito he cabe em Deos que he enueja de se auer d'acrecentar o seu seruiço. Entom cada huma destas nações de gentes se aparelharom com muitas naues que ouuerom, e veerom todos juntamente a Lixboa com grandes companhas bem armadas e prestes pera batalhar, e desejauam muito de auer vitoria dos enmiigos da santa fé catholica, e leuantar o nome e voz da paixon do nosso senhor Jesu Christo, e dar sangue por amor de Jesu Christo. Depois que elrey ouue estas nouas que ditas som, logo sem outra detardança começou de combater com suas gentes, e outrosi com a cleresia a cidade da parte da terra, tão fortemente e com tanta deuaçom chamando Jesu Christo e Santiago que per força d'armas com ajuda de Deos ouuerom de romper os muros e entrar per força a dita cidade. E matarom na entrada tantas companhas de mouros que os rios do sangue corrião pelas praças da dita cidade. E entom feita esta boa obra ficarom huns poucos de mouros, e erão caualeiros, e pedirom por merçê a elrey que os nom mandasse matar, e que lhes désse hum logar apartado em que podessem laurar e criar, e que ficassem por seus seruos pera sempre, e fazendolhes elrey esta merçê que elles lhe mostrarião grandes thesouros d'hauer que hi jaziam escondidos. Entom vendo elrey o que lhe pediam fez sobre ello fala com os do seu conselho, e foi acordado que lhes fosse feita esta merçê, que nom morressem, e que ficassem por seruos catiuos. E entom entregarom todo aquello que fora dos mouros, assi o que parecia de fóra, come o que jazia escondido, e dali ouuerom os reys de Portugal pera teerem em sua terra os mouros catiuos, e sogeitos no seu seruiço, assi depois que nacem, come até que morrem.

Do conselho real que elrey teue sobre a fundação do mosteiro de Sam Vicente, pera ficar sepultura dos que padecerão na tomada da cidade.

Cap. II

Estando assi elrey em posse da cidade de Lixboa, com grão vitoria que lhe deus dera sobre os enmiigos da fé, e vendo muitos corpos dos christãaos, assi dos portugueses, como dos franceses e das outras nações suso ditas, que jaziam mortos das feridas que receberom dos enmiigos da fee, e que verteron o seu sangue por amor de Jesu Christo crendo que erão todos martyres e as suas almas eram em paraiso, por a qual razon fez chamar a seu conselho todos aquelles que de boom logo erão. E outrosi fez viir a este conselho o arcebispo dom João que em aquel tempo era de Bragaa, e os sobreditos bispos que hi eram com el, e toda a outra clerlizia que hi era. E entom disse elrey em presença de todos: «Amigos, vós bem sabedes quanto bem e mercêe Deos ha feita á casa de Portugal, e em como auemos entrados e destroídos os enmiigos da fé catholica de Jesu Christo, em tal causa que dês riba de Minho atáa Lisboa onde ora somos, e em que nos Deos fez mercê som os enmiigos da fé corridos e mortos e destroídos: e hora veede em como Deos quis fazer compridamente mercê aos portugueses, em lhe tragendo de muitas nações pelas auguas do mar gentes em sua ajuda, a saber, de franceses e bretões, e gontonicos, e de terra de Colonha, e dos outros lugares que vos já ditos forom. As quaes nações chegarom aqui a Lixboa por nos ajudar, e com grande deuaçom de leuantar o nome da sancta egreja de Roma, e verterom o seu sangue lidando por amor de exalçar a fé de Jesu Christo, e vencerom e perseguirom os filhos da seita de Mafomede, e leuantarom o nome da sancta egreia: e ora os corpos delles jazem na terra sem sepulturas, e son corpos de grandes homeens e d'alto sangue: e estes corpos son todos martyres, e as almas deles já son na gloria do paraiso. E por esto tenho por bem, e por se fazer seruiço a Deos e aa virgem Maria e á sancta egreja, e pera se fazer honra e seruiço a estes corpos destes sanctos martyres, que leuantemos e fundemos dous mosteiros muito honrados em esta cidade de Lisboa, e que soterremos estes corpos destes martyres, e lhe demos sepulturas honradas, e façamos em elles dizer cada dia missas, e as sete oras canonicas. E demais deuemos de ordenar e despoer em esta terra que nos Deos deu, que estas gentes estranhas assi dos franceses come das outras nações que com elles aqui son e viuos ficarom, que partamos com elles, e lhes demos logar em esta terra em que ajão de viuer os que comnosco quiserem ficar.» Entom os ricos homens que com elrey erão, e todos os caualleiros e outras companhas dos christãaos forom todos chamados a esta deuota fala e religiosa que elrey fazia com elles: e visto per elles o falamento que lhes fez em tal razom como dito he, e o sancto preposito em que era posto, louuarom todos o que elrey dizia, que era mui bem, e grande seruiço de Deos e honra da terra. Entom ó arcebispo e os bispos que hi erão veendo o talante d'elrey, e como auia sabor de leuantar a sancta egreja, e a sua nobre discreçom, e como era verdadeiro christão e bem fiel catholico, outorgarom o que dizia. Entom vendo elrey que todos auiam por seruiço de Deos aquelo que el perante elles auia dito, disse ao arcebispo e aos bispos: «Porque nosso senhor o padre sancto vigario geeral de nosso senhor Jesu Christo he longe d'aqui, e nom estou em logar de com elles fazer tal fala pera edificar estes mosteiros que eu quero fazer e leuantar no seruiço da sancta egreja, e porem vós outros prelados que aqui sondes deuedes fazer o que faria o sancto padre, cujo logo vós tendes, se presente fosse, ou mandaria fazer. E por esto hide e ordenade assi como vos he mandado da egreja de Roma, que fundedes e hedifiquedes as casas de Deos e ajades de destruir as mizquitas que son casas de perdiçom.» Entom o arcebispo e os bispos que com elle eram filharom duas pedras grandes e bem lauradas, e benzerom e sanctificarom aquellas duas pedras, e forom aos arreaaes dos franceses e das outras nações de suso ditas, e falarom com elles todo esto que era orde-

nado pera se fazer por os corpos dos martyres que erão passados, e pola vida dos que viuos eram. Então os franceses e as outras companhas que ditas son, veendo o que lhe dizião estes prelados, derom grandes graças a Deos e a elrey, porque tanta bondade mostraua nos passados e nos viuos : e ficarão os geolhos em terra, e com grande deuaçom beijarom aquellas pedras duas que lhes mostrarom beentas e sanctificadas, d'aministraçom pontifical do arcebispo e dos bispos pera fundamento dos ditos mosteiros : e tornaromse o arcebispo e os bispos pera elrey, e deronlhe aquellas duas pedras e diseromlhe assi : «Senhor filha estas duas pedras que som bentas da bençom da sancta egreja, e pellas partes desta cidade funda e edifica os ditos mosteiros que queres fazer e dotar no seruiço de Jesu Christo.

Do modo que elrey teue quando edificou e lançou a primeira pedra (per sua propria pessoa) no alicece da igreja de Sam Vicente.

Cap. III

